operam dare: quanquam figuratè simpliciter accipiatur pro, rem quamlibet incipere. Cic. in Sainst. Verum eò magis ostendisse debetis hominem, qui ne incipiens quidem peccare, minimis rebus posuit rudimentum: sed ita ingressus est, ut neque ab alio vinci possit, &c. Liv. 1. bell. Mac. Responsum, & patrem ejus Syphacem sine causa ex socio & amico hostem repente populi factum: & eum ipsum rudimenta adolescentiæ bello facessentem Romanos posuisse. Suet. in Ner. cap. 22. Mox & ipse aurigare, atque etiam spectari sepius voluit, positoque in hortis inter servia & sordidam plebem rudimento, universorum se oculis in Circo maximo prebuit. Iustin. lib. 9. Alexandrum filium XVIII. annos natum, ut sub militia patris tyrocinij rudimenta deponeret, ad se accersit. ¶ Rudimenta & incunabula virtutis. Rudimentum lucis, pro vitæ initio, apud Plin. in Proæm. lib. 7. Et Gell. cap. 1. lib. 12. d' fovenda vitæ & lucis rudimenta. (i. infantem recessus natum) præstò est, lac sup.) Se nec. Epist. 89. Rudimenta hæc sunt non opera. Sueton. in Aug. c. 64. Nepotes literas, & natare, aliisque rudimenta per se pletumque docuit. Idem in Tib. cap. 8. Civilium officiorum rudimentis, Regem Archelaum, Trallianos, & Thessalos, varia quosque de causa, Augusto cognoscente, defendit.

Rudo, is, uidi, asperam vocem edo. Proprietà ad asinos pertinet, qui ruderice dicuntur quum vocem emitunt. { τύχη ναθάρ. οὐκάμην. GAL. Recaner, rugir, braire comme asne, ou lion. ITAL. Ruggiare. GERM. Gigagen schreien wie ein Esel. HISP. Rebullar, proprio del asno. ANGL. To braye lik an asse or lyone. { Ovid. 3. de Arte,

Vt rudit à scabra turpis asella mola.

¶ Idem lib. 6. Fast.

Intempestivo cum rudit ille sono. (Asellus, sup.)

¶ Abusivè & de leonibus, & de hominibus dicitur. Virg. 7. Eneid.

Hinc exauditi gemitus, iraque leonum

Vinela recusatum, & sera sub nocte rudentum.

Idem 9. Eneid. de Caco,

Inclusumque caro saxo, atque insuta rudentem.

Persius primam verbi ejus syllabam produxit, quum in exemplis jam citatis corripiatur.

Rudor, is, ruditas. Apul.

Rudens, tis, participium. { τύχη νοθέρ. ρυάωδης. GAL. Qui recane ou rugit, rugissant. ITAL. Che raggina. GERM. Schreyend wie ein Esel.

HISP. Cosa que rebuzna. ANGL. That Brayeth likan asse. { Ovid. 1. Fast.

Ecce rudens rauco Sileni viator asellus;

Intempestivos edidit ore sonos.

¶ Rudens substantivum, vide sequentia.

Rudēntiſibllus, Sibilus qui rudente emittitur, vox antiqua Poëtarum licentia à Pacuvio conficta, quemadmodum Icurvicvicum pecus. Varto lib. de Ling. Lat. eodem modo Lucilius, domiporta, & repanditostum.

Rudēns, tis, substantivum, tam masc. quam fœm. gener. Funem nauticum majorem significans, à malo ad puppim religatum. { τύχη καθετή. ργόντης. GAL. Chable, ou grosse corde de navire. ITAL. Corda, fune, spago, sarta. GERM. Ein großer Schistus. HISP. La cuerda de la nave. ANGL. A cable rope. { Quintil. Aptare vela & rudentes disponente. Ovid. Eleg. 10. lib. 1. Trist.

Nunc quoque contenti strident Aquilone rudentes.

Quanquam etiam pro eo Plinius accepisse videtur, quo naves continent alligantur, quem Graeci appellant ἀγκυλαις. Virg. 3. Eneid.

— excusosque jubet laxare rudentes.

Plaut. Rud. Dum hanc indenterem complico. Catullus,

Candidaque intorti sustollant vela rudentes.

Cicer. 5. Tusc. Vt mihi illud Laonis dictum in hos cadere videatur, qui glorianti cuidam mercatori, quod multas naves in omnem oram maritimam dimisisset: non sanè optabilis est quidem, inquit, rudentibus apta fortuna. Idem 1. de divin. Sed est quasi rudentis explicatio. ¶ Rudentes autem ea de causa sapientissimi dertos volunt, quod funes cum vento verberantur, rudente existimantur, atque hunc sonum proprium funium, non asinorum putant. Ex Nonio. Rudentem, seu funem omnem movere, pro, omnia tenenda. Ex Erasmo.

Rvdīs, eris, Lapidum frusta, & ruinatum materies. Est autem duplex, novum scilicet, & vetus. { ipsius. GAL. Toute rude matière, soit vieille, soit neuve, moillous, plastras & semblables. ITAL. Scaglia, ogni vecchia materia di roto edificio, come pietra, calci & simili. GERM. Alsterley matery von einem zerbrochenen gebau / als zerbrochne steine Falck / scherben vnd dergleichen. HISP. La vassura. ANGL. Shards or pieces of stones broken, rubbell or rubbish of old houses. { Novum rudentus est materia pavimenti, hoc est, saxa recens contusa, seu testa contracta cum calce ad pavimentum faciendum. Vitruv. lib. 7. Deinde ruderis novo pars tuta admisceatur, calcisque duæ partes ad quinque mortarij misti omnibus præstent responsum. Vetus rudentus est, materia veterum pavimento, & dirutorum edificiorum, quæ lapidibus & testis contractis, calcique arena commista constat. Plinius, Complanatae veteri rudente erant viæ. Liv. lib. 6. bell. Pun. Cùm ruderis milites religiose inducti jacerent. Sueton. in Nero. cap. 38. Pollicitus cadaverum & ruderum gratuitam egestionem, nemini ad reliquias rerum suarum adire permisit.

¶ Antiqui Raudus, & rodus dicebant, teste Festo, eoque nomine, non solum lapidum fragmenta, verum etiam rem omnem rudentem, & impolitam significabant. Qua de re vide plura paulo ante in dictione Raudus.

Rudusculum, vide supra in Raudus.

Rudero, as, est, rudas induco: ut erudero, rudas ejicio. { κατεργατισα. GAL. Paver, ou remplir de moillon neuf, ou de vieilles matières d'edifices ruinez. ITAL. Empire di tale materia, mescolarsi calcina. GERM. Mit Stein vnd Falck gemusel beschütten. HISP. Xabarrar o ripiar la pared. ANGL. To pave or fill with rubbish of old houses. { Vitruv. lib. 7. cap. 1. Ne minori saxo quam quod possit manus implere, eructuminationibus inducis ruderet. ¶ Eruderare vero est rudas ejicere, expellere. Varr. de re rust. lib. 2. cap. 2. Solum oportet esse eruderatum

eruderatum & proclivum, ut everti facile queat.
Ruderatus ager, dicitur, qui veterum aedificiorum materia scaret. *ἰερός, ἰεράς, ἰερίας μέτε.* Plinius lib. 2. cap. 4. Rosam siccis locis quam humidis odoratiorem constat nasci: serendam nec pinguis, nec argillos locis, contentamque ratis: propriisque rudera-tum agrum amare.

Rüderatio, nis, verbale. *ἰερίας.* Vitruv. lib. 7. c. 1. Primùmque inciam de ruderatione, quæ principia tener expositionum.

Ruderarius, a, um, ad rudera expurganda factus: ut

Ruderarium cribrum, ab Apuleio appellabatur cribri genus majus, ex membranis, minutis foraminibus pertusa, quo rudera, hoc est, la-pilli, consimilésque sordes è frumento expurgantur. Pollinarium autem, sive excusorium cribrum dicitur, quod ex setis equinis, aut linteo rariore confici solet, ad pollinem à furfuribus secer-nendum.

Rüdetum, i, locus plenus rudere, hoc est, lapidum fragmentis & ma-teria ruinæ. *ἰερίας τέλος.* GAL. *Vn lieu plein de demolitions, ou vieilles matières de bastimens, chevis ou abbatu.* ITAL. *Luogo pieno di scoglie.* GERM. *Ein ort das da liegt voll scherben / steinen / und anderem gemuse eines zerbrochenen gemeurs.* HISP. *Cosa llena de los cassios de los edificios viejos.* ANGL. *A place full of rubbell or shadres of old hou-s.* { Cato, Lentem in rudo & rubricoso loco qui herbosus non fiet, serito.

Rufas, oppidum Campaniæ; cuius meminit Macrob. lib. 7. Quippe Rufas, Batulimque tenent, &c.

Rufillus, & Gorgonius, duo quidam, de quibus proverbialiter illud dictum est ab Horatio,

Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.

In duos aliquos diversis laborantes virtus. Si quidem ut vitio dan-dum, si quis hircum oleat: ita adæquatè vituperandum, si quis oleat unguenta: nam pastilli, pilulae sunt unguentariae. Alterum spuri est, alterum mollis.

Rufinus, vir consularis à Fabricio Censore damnatus, quod decem pondo argenti apud eum inventa essent. ¶ Rufinus alter, una cum Stilicone & Gildone relictus à Theodosio Iuniore imperij admini-strator, pro tutela Arcadij & Honorij filiorum: Gildo in Africa, Stili-con in Occidente, Rufinus verò in Oriente: omnes sanè cupidita-te regni incensi in suos principes arma converterunt, ex quo diversis modis oppressi perire. Extant in hunc Ruffinum Claudiani Poëta invectivæ.

Rufimaceria, plurali numero, oppidum Campaniæ. Cato cap. 22. Ven-duntur ad Rufimacerias numis centum octoginta, &c.

Rufus, a, um, color non planè ruber, sed ad flavum non nihil decli-nans. *ἰεράς adhmoni πράτη adhamdhám. ζεύς, μυγές.* GAL. *Roux.* ITA. *Rosso.* GERM. *Feuerrot oder rotprächt.* HISP. *Ruivo, roxo o bermejo.* ANGL. *Reddihue, or somerohat reddish rote yellow.* { Martial. Epigram. 12. lib. 14.

Et placet hic pueris militib[us]que color.

Plaut. *Fseud.* sc. 7. a. 4. *Qua facie fuit? Rufus quidam, ventriosus &c.* Martial. lib. 14. ep. 12. 9.

Roma magis fusca vestitur, Gallia rufa.

Terentius in Heauton. Rufamque illam virginem, &c. Plin. lib. 12. c. 12. Sincerum quidem levitate deprehenditur & colore rufo. Rufior comparativus. Idem lib. 16. cap. 14. Namque & materies matris du-ra, rufiorque ac nodosa. ¶ Rufus color dictus à rubore. Vide Gell. cap. 26. lib. 2.

Rufulus, diminutivum. *ἰεράς τέλος.* GAL. *Rousseler.* ITAL. *Rossetto.* GER. *Kotlecht.* HISP. *Ruivo un poco.* ANGL. *A little reddish and yellow.* { Plaut. in Amph. *Vt primū coivit cicatrix rufula.* Idem in Asin. sc. 3. a. 2. Macilentis malis, rufulos.

Rufuli, appellati sunt Tribani militum, non à populo, sed à Consule facti, quod de eo jure Rutilius Rufus legem tulerit. Hi postea mu-tatione unius literæ Rutuli sunt appellati. Festus.

Rufeo, es, Rufus sum. *ἰεράς adhám. ζεύς εἰμι.* GAL. *Devenir roux.* ITAL. *Essere rosso.* GERM. *Kot sein.* HISP. *Enruviar se, enroxarse.* ANGL. *To roxe somerohat reddish and yellow.* { unde Rufesco. *ζεύς ομοιος.* Plinii lib. 19. cap. 20. Grues senectute nigescunt: merula ex nigra rufescit.

Rufo, as, Rufum facio. *ἰεράς, τηγάνια.* GAL. *Roussir faire roux.* ITAL. *Far rosso.* GERM. *Kot machen.* HISP. *Enruviar o enroxar otra cosa.* ANGL. *To mak reddish.* { Plin. lib. 15 cap. 22. Rufatur capillus primū prodeuntibus nucleis. Et lib. 23. c. 2. Tunc addito lentisco olco illita una nocte rufat capillum.

Rufus Parpurio, Legatus Romanorum in concilio Aetolorum, apud Liv. lib. 32. ¶ Rufus, Centurio sub Scipione Africano, cuius & res gestas, & belli apparatum descripsit Autor Appianus. ¶ Virginius Rufus, orator egregius, interfactus à Nerone, de quo Tacitus Vir-ginium (inquit) Rufum claritudo nominis extulit. Et paulo infiriens, Nam Virginius Rufus studia juvenum eloquentia, Muso-nius præceptis sapientiae fovebat. Rufus Poëta Bononiensis, cuius meminit Martial.

Fundis tuo lacrymas orbata Bononia Rufo.

Et resonet tota planitas in Aemilia.

¶ Rufus Medicus insignis, qui sub Troiano principe floruit, multaque cōscriptis, quorum nihil ad nos pervenit, saxe tamen ab aliis testis citatur. ¶ Rufus, Corinthius sophista, quanquam divitiis & genitis nobilitate pollebat, plus tamen ad ejus laudem dicendi gloria linguæque gratia contulit. Autor Philostratus.

Ruga, cognomen sive cognomentum fuit Sp. Carbilij, viri nobilis. Gell. cap. 3. lib. 4.

Rugax, Contractio cutis in plicas & quosdā quasi sulcos: cuiusmodi in senibus conspicili solent. *ἰεράς τηχάς. πτύσις.* GAL. *Ride, plis.* ITAL. *Rappa, falda, respargraccia.* GERM. *Ein runzel.* HISP. *La Ruga.* ANGL. *A wrinkle.* { Cicero 2. de senectute. Non cani, non rugæ repente autoritate attingere possunt, sed honestè acta superior ætas. Ovid. 14. Metamorph.

Et rugis peraravit anilibus ora.

Idem 1. de Arte,

— *Iam venient ruga qua tibi corpus aarent.*

Persius.

Iam decies redit in rugas.

Iuven. Satyr. 14.

Hoc quoque si rugam trahit, extenditque labellum.

Tanta summa non satiat, sed corrugat, & iratum reddit adductumque vultum. ¶ Plicæ quoque in vestibus eminentes, rugæ dicuntur: quemadmodum contrà, cavates inter plicas, sinus appellamus. Plin. lib. 5. cap. 8. Præter quæ in veste rugas & sinus invenit. ¶ In arborum quoque fructibus qui ante maturitatem sunt decepti, asperitates quædam, & corticis contractiones oriuntur, quæ à similitudine rugarum anilium veniunt, & ipsæ in nominis hujus com-munionem. Plin. lib. 12. cap. 7. Semina piperis distant à junipero parvulis siliquis, quales in phaseolis videmus. Hæ priusquam de-hiscant, deceptæ, tostæque sole, faciunt quod vocatur piper longum. Paulatim vero dehiscentes per maturitatem, ostendunt candidum piper, quod deinde tostum solibus, rugis coloré mutatur. Et paulo post, Deest tosta illa maturitas, id est & rugarum colorisque similitudo.

Rugosus, a, um, adjективum, Fugis plenum, contractum. *ἰεράς τηχή.* GAL. *Plein de rides, ridé, plein de plis.* ITAL. *Pieno de crispo.* GERM. *Xus ungleichig, voll runzlen.* HISP. *Cosa llena de rugas.* ANGL. *Full of wrinkles or plaits.* { Colum. lib. 12. cap. 43. Sed haec ratio facit rugosæ acina, & penè tam dulcia, &c. Idem lib. 16. c. 31. Cortex omnibus in senectute rugosior. Facies rugosior, uva passa. Claudian. 1. in Eutro. Martial. lib. 5.

Rugosorem stola quum geras frontem,

Et aranearum cassibus pares mammat.

Rugo, as, Rugas contraho. *ἰεράς τηχάς υδρούματα.* GAL. *Faire ride, se rider, & plier en plis comme une robe se plie.* ITAL. *Infalda-re, increpare.* GERM. *Zeichigt, oder gerumpfen machen.* HISP. *Arrugarse.* ANGL. *Te mack vorinches.* { Plaut. in Cas. Vide palliolum ut rugat, Rugata-testa, apud Plin. lib. 9. c. 33. Vnde Corrujo, in multis contraho. *κρινέμενοι εἰς τὸν ὕπανθον, ξυλιόων.* Horat. 1. Epist. 5.

— *Ne turpe toral, ne sordida mappa.*

Corruget nares.

.X. Erugare, de quo suo loco.

Ryclo is, iui, & ij. *ἰεράς σχαῆς. βρυχώματα.* GAL. *Rugir, braire, bulgler.* ITAL. *Ruggire.* GERM. *Brüllen oder ruren wie ein Löwe.* HISP. *Bra-mar el leon.* ANGL. *To roar like a lion.* { Vnde Rugitus, qui propriæ leonis est, quum vocem emittit. *βρυχώματα.* Hieronym. Amos 3. Leo rugiet, quis non timebit? Autor Philomelæ,

Tigrides indomita rancant, rugiuntque leones.

Hinc componitur irrugio, gis: de quo suprà suo loco.

Rugitus, us, verb. à Rugio, vox leonis. *ἰεράς σχεαγάρα. βρυχόματα.*

Rüldus, a, um, adjективum à ruendo, hoc est, à cadendo, ut quidam volunt, deductum: ut pilum ruidum, cuius crebro casu frumenta pin-suntur. *ἰεράς τηχή.* Plin. lib. 18. c. 10. Pistoria non omnium facilis. Quippe & Hetruria spicam farris tosti pinsente pilo præferrato, fistula leuata, & stella intus denticulata: ut nisi intenti pinsant, concidunt grana, ferrisque frangantur. Major pars Italiz ruido utitur pilo, rotis et iam quas aqua verset obiter, & molat. Quem tamen Plinij locum explicans Hermolaus, ruidum pilum dictum innuit, non à ruedo, sed ab asperitate quasi ruidum: sive (ut alij scribunt) rubidum: quod nomen antiquis asperum & impolitum significabat. Verba Hermolai sunt hæc, Præferratum pilum in molendo propterea vocatur Plinio, ut à pilo ruido (sic enim ipse vocat) quod sine ferro est, id nomen habeat, quum quod asperum, impolitumque.

Rüinä, Vide Ruo.

Rulla: æ, Vide Rullum.

Rullus, Tribunus plebis fuit, Agrariae legis promulgator, quam Cicero in Consulatu suo evertit. Hic, teste Plinio lib. 8. c. 51. solidum aprum, Romanorum primus in epulis apposuit. Plutarch. in Fabio. Fabius Rullus cognomento Maximus.

Rümä, æ, à veteribus dicebatur mamma, ut annotavit Nonius, citans locum Catonis ex opere de liberis educandis. *ἰεράς σχαῖς τηχάδη.* μαρτσ, θηλ. GAL. *Mammelle.* ITAL. *Poppa, poccia, tetta.* GERM. Ein dutten. HISP. *Teta.* ANGL. *The dugge or pape or teat of a beast.* Romam (inquit Cato) prisco vocabulo mammam appellaverunt: à qua subrumi etiam nunc appellantur agni. ¶ Romulum quoque & Remum à Ruma, i. mamma, appellatos esse scribit. ¶ Hinc etiam Irumare dicebant antiqui pro lactere: quasi rumam in os inserere, quod tamen verbum postea ad foedæ libidinis significatiōnem est translatum, ut latius videre licet suo loco. ¶ Rumam præterea Servius interpretatur, eminentiorem colli partem, ad quam demissus cibus à certis revocatur animalibus. Quod & ipsum Festus innuere videtur, quum rumare antiquos dixisse ait pro ruminare.

Rumbus, figura æquilatera, sed non rectiangula. Papias. Id vero est Rhombus, de quo supra.

Rümén, inis, propriæ in animalibus quibusdam dicitur quidam quasi ventriculus, quo illa pabulum ad tempus demittunt, indéque ruminis ad os revocant: unde & ruminatio nomen accepit. *ἰεράς τηχή τηρός, ο κηρύκεας.* GAL. *Le haut du ventriculus des bestes ruminantes.* ITAL. *La gola.* GERM. *Der vor roanst der thieren auss den sie die speiss wider holen / und widerkeuwen.* HISP. *La crucera con que tragamos.* ANGL. *The cudde.* { Rumen, inquit, Nonius, locus est in ventre quo cibus demittitur, & unde redditur. ¶ Per translationem tamen pro ipso etiam sumitur ventriculo, cibi & potius receptaculo. Pompon. *Prostibulo*, ut citat idem Nonius, Ego rume-rem parvi facio, dum sit rumen qui impletat. Festus tamen interpretatur partem colli quâ esca devoratur. ¶ Rumen item antiqui pro ruma accipiebant, hoc est pro ubere sive mamma. Plin. lib. 15. c. 18. Colitur ficus arbor in foro ac Comitio Romæ nata, sacra ful-guribus item cōditus: magisque ob memoriam ejus, quæ nutrita fuit Romali

Romuli ac Remi conditoris appellata: quoniam sub ea inventa est lupa infantibus praebens rumen: ita enim vocabant mammam. Hec Plinius. Ita autem olim à rumine Ruminā dicebatur. Nunc à Romulo Romula appellatur, ut videlicet est in dictione sequenti.

Ruminus, a, um: ut fucus Ruminā. Ovid. 2. Fast.

— queque vocatur

Romula nunc fucus, Ruminā fucus erat.

De ea, & unde dicta, legendus Plutarch. in Rom. & Plin. supra in Rumen. Item alij infra in dictioribus, Ruminalis & Rumiā.

RUMINAS, & Ruminor, aris deponens, Remando, & cibum à rumine ad os revoco: proprièque de iis dicitur animantibus, quæ in superiore mandibula dentes primores non habent. { 73 ghar. ἀράγενος οὐρανός, ἀράγενος οὐρανός. GAL. Ruminer, remascher ce qu'on a mangé. ITAL. Ruminare, quando i buoi ò pecore rimaſtico, quando hanno mangiato. GERM. Widerkuerten/moren. HISP. Ruminar los animales, ò rumentar. ANG. To chaw the cudd. { Colum. lib. 7. Propter quæ bos neque ruminat, neque lingua se detergit. Virg. 6. Eclog.

Lice sub nigra pallentes ruminat herbas.

Plin. lib. 10. c. 37. Ruminant præter jam dicta sylvestrium cervi quæ à nobis aluntur. Per translationem ponitur pro in memoriam revoco & diligenter perpendo. { αράγενος οὐρανός. Varro Bimargo, ut citat Nonius. Odysseam enim Homerū ruminari incipies. Idem Tanaquile, apud eundem Nonium. Non modò absens de te sapius cogitabit, sed etiam ruminabitur humanitatem tuam.

Ruminatio, nis verb. actus ruminandi. { γῆρα gherab. μυρμητός. GAL.

Ruminement, remaschement. ITAL. Rimaſticamento. GER. Widerkuerten ung. HISP. Obra de ruminar, ò rumiār. ANG. A chawing of the oude. {

Plin. lib. 11. cap. 37. Quibus neque dentes utrinque, neque ruminatio.

¶ Ruminatio, rei cuiuspiam in memoriam revocatio. Cic. ad Attic. lib. 2. Quanto magis vidi ex tuis literis, quem ex illius sermone quid ageretur de ruminacione, &c.

Ruminalis, analogicè erit ad rumen pertinens: rumine utens, ruminare solens.

Ruminalis fucus, Romæ fuit in Comitio, fulguribus sub ea conditis sacra, à ruminando, ut quidam volunt, dicta, quod sub ea pecudes & statim tempore frigora captantes, herbas ruminare consueverint. Aut certè (ut Plin. lib. 5. c. 18. placere video) ab eo quod sub ea inventa sit lupa, Romulo & Remo rumen, id est, mammam praebens. Liv. lib. 1. ab urbe. Primum Romularem ficum à Romulo dictam putat, quæ deinde vox paulatim depravata, Ruminalis cœpit appellari. Verba Livij sunt hæc. Ita velut defuncti regis imperio in proxima alluvie, ubi nunc fucus ruminalis est (Romularem vocatam ferunt) pueros exponunt. ¶ Ruminales hostiae, eorum animalium quæ ruminant. Plin. lib. 8. c. 51. Coruncanus ruminales hostias, donec tridentes fierent puras negavit. Ruminam ficum, pro ruminali dixit Ovid. 2. Fast.

Arbor erat, remanent vestigia: queque vocatur.

Romula nunc fucus, Ruminā fucus erat.

À rumine, i. mamma. Vide Rumen, supra. Vel à Ruma, quod verbum Mammam etiam significat. Vide Rumiā infra.

Rumentum, inquit Festus; idem quod abruptio.

RUMEX, icis, herba est, Sylvestris ex lapathi generibus, à quibusdam oxalis appellata, sativæ proxima, foliis acutis, colore beræ candide, radice minima. { λανθανόν. GALL. Ozille, pareille, patience. ITAL. Rumice, GER. Mengelwurz oder Grindwurz. HISP. La romaza, yerva conocida. ANG. Sorrel dock or sorell. { Quidam etiam lapathum cantherinum appellant, ad strumas cum axungia efficacissimum. Virg. in Moreto.

Fœundisque rumex, malva violaque virebant.

Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3. Apponunt ruminem, brassicam, bera, &c. Sunt ex recentioribus qui ruminis appellationem latius accipiunt, ut ad omnia lapathi genera extendatur. Plin. tamen speciem jam depictam, à ceteris generibus, ruminis nomine distinguit. Vide ipsum lib. 20. c. 21. { lib. 19. cap. 12. ¶ Rumex, teli genus, simile spari Gallici, cuius meminit Lucilius.

Tum spara, tum rumeſces portantur tragula porrū.

aliter murices. Casaub. Athen. lib. 8. 9. ait: In Glossis recte Murices ἄγριοι, τοξόφοι. Inde in te militati murices dicti, qui Græcis ἄγρια, vel τοξόδει κατέτασται.

Rumiā, sive Ruminā, ut alij malunt, dicta est dea quæ rumis, id est, mammis, hoc est, pueris lactentibus praesidebat. { Die Götter der saugenden Kinderen { cuius meminit & Augustinus lib. 4. de Civit. Dei, Varr. lib. 2. de re rust. cap. 11. Non negarim, inquam, ideo apud divæ Rumiæ sacellum à pastoribus saram ficum. Ibi enim solent sacrificare lacte pro vino, & pro lactentibus. Varro de liberis educandis, ut citat Nonius, Hisce lacte fit, nō vino. Cuninæ propter cunas, Rumiæ propter rumā: sic prisco vocabulo mammam appellabant, à quo Subrumi etiam nunc dicuntur agni, ut suptâ dictu est in Ruma. Rumiā, Rumiā, vide Rumiā.

Rumiā, Apuleius usus est pro ruminare, &c, quod Quintilianus ac Plinius aiunt, remandere, & commanducate. { 74 ghar. μεγκάνους. GALL. Ruminer, remascher ce qu'on a mangé. ITAL. Ruminare, masticare bene. GERM. Widerkuerten. HISP. Rumiār. ANG. The chaw the cudd. { Verba Apuleij sunt hæc lib. 4. de Afri. Jam ferè tertium qualum ruminabam.

Rumigestri, sunt tela, quorum meminit Gell. lib. 10. c. 15.

Rumiā, Ruminor, vide Rumiā.

Rumiā, Ruma, id est, mamma. Rumiā (inquit Festus) mamma dicitur: unde & rusticæ appellant hædos subrumos, qui adhuc sub mammis habentur. { 75 schad. 77 dñsh. μεγκάνους. GAL. Mammelle. ITAL. Mammella. GER. Ein dutten. HISP. La teja. ANG. The teator dugge of a beast. { Varro de re rust. cap. 11. Mamma rumiā, sive ruma, ut antè dicebant: inde dicuntur subrumi agni lactentes.

Rumito Fest. Ruminant, ruminerantur. Ne vivi, Simul aliis aliunde ruminant inter se. Ver. Voc. affect etiam cōposita, Arrumitos corrumpito.

Rumiā, as. Antiquis idem erat quod lacto, quasi rumam in os insero.

{ βηλάζω. GALL. Donner la mammelle, al laisser. ITAL. Lasciare, mettere

re la mammelle in bocca. GER. Seugen. Dar à mammer la leche. ANG. To give suck. { Vide paulò antè. Rumiā.

Rümör, is, Fama, & sermones populi: { γῆρα schéma. θύμος. GAL. Re-

nommée, bruit de ville. ITAL. Rumor, fama, novelia. GER. Ein geschrey

das von einem ding auf sageht/ ein gemein gesagtes. HISP. La fama de

nuevas incertas. ANG. Fame, brute. { Rumor quid sit, docet Quintil.

declam. 2. 52. & Rumores alete. Liv. lib. 4. a. 5 Rumores ire. Ibidem.

Ovid. Eleg. 12. lib. 3. Trist.

— memori rumorem voce referre:

Et fieri fame pârsque, gradusque potest.

Cic. in Philip. Improbissimis tumoribus dissipatis Terent. in Andr.

Meum gnatum rumor est amare. Cicero ad Caſſium, lib. 12. Epist. Ni-

hil preferunt ad nos, præter rumores de opppresso Dolabella: satis

illos quidem constantes, sed adhuc sine autore. Idem Attico lib. 16.

Sed tamen rumoris nescio quid afflauerat, Horat. 2. Serm. Satyr. 6.

Frigidus à rostris manat per compita rumor.

Virg. 12. Aeneid.

Rumorésque feris varios, ac talia fatur.

¶ Aliquando ponitur pro favore seu studio. { επεδν. Virg. 8. Aeneid.

Ergo iter incepsum peragunt rumore secundo.

¶ Rumor clemens. Salust. Ingurth. 69. cui opponitur atrox. Tacit.

Rümüculüs, i. diminut. Paivus rumor. { το ποδοδίστην, το ποδόπανον. GAL.

Pesis bruit. ITAL. Picciola fama, rumore. GERM. Ein geschreitin / eins schlechte sag von einem ding. HISP. Pequeña fama. ANG. A small or little bruit. { Cic. ad Attic. lib. 2. Quidas quidem ego multo magis vereor, quam eorum hominum qui hodie vivunt, rumuscios.

Rumiſeros, as, Rumorem fero, hoc est famam spargo: quod & RUMI-

GERO, as, dicitur. { γῆρα hischmia. διεφυλίων. GAL. Frère courir un

bruit. ITAL. Spargere rumore. GER. Ausſagen gemeinh / ein geschrey ausgehñ lassen. HISP. Acarrear nuevas. ANG. To spread a bruit and rumour. { Plaut. Amph. Quāmque adeo cives Thebani non rueriferant probam. Legitur & Rumiſerant.

Rumigeratio, nis. Lamprid. in Helicabalo. Et quæ stultitia, vel innocentia Imperatorum; qui hoc non perspiciunt, infami rumigeratione pascuntur.

RUMPO, is, rupi, ruptum, Frango, revello, scindo. { γῆρα paráσις γῆρα karáh.

— parám. πάραμ. ἀγρύπνη, ὑπάρχων. GAL. Rumpre, mettre en pieces.

ITAL. Rompere, spezzare, disporre. GER. Brechen/oder zerbrechen / zer-

knellen/zereßen. HISP. Romper, quebrar. ANG. To break. { Virg. 1. b. 5. Aeneid.

— Nodos & linea vincula rupit.

Idem 9. Aeneid.

Rumpere claustra manu, sociosque immittere portis.

Rumpere vincula, est effracto carcere, vel ruptis compeditibus, aliave

è custodia eximere. Cicero in Catil. Adjungit gravem penam mu-

nicipibus, si qui eorum vincula ruperit. Idem 4. Tusc. Nec tamen

ulla vincula carceris ruperit. ¶ Vulnera rumpere non coēuntia.

Ovid. Eleg. 4. lib. 4. Trist.

Nére retrahendo nondum coēuntia rumpo.

Vulnera.

¶ Rumpi copia ciborum. Senec. cap. 1. t. de consol. ad Mart. (homo)

alimenta metuens sua, quorum modo copia, modo inopia rumpitur.

¶ Rumpere coquum (flagris.) Martial. epigram. 13. lib. 3. Item

Ovidius Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Et tibi sacratum sors mæ rupit opus.

¶ Interdum rumpere ponitur pro defatigare. Terent. in Hecyr. Ut

me ambulando rumperet. ¶ Rumpere silentium, & rumpere vocem,

est in vocem prorumpere, & rem silentio aliquandiu suppressam

cloqui, { φύγει, φαίνεται. Virg. 10. Aeneid.

— Quid me alta silentia cogit?

Rumpere s.

Idem 1. Aeneid.

Composito rumpit vocem, & me destinat atra.

¶ Rumpere moras, est auferre moras, sive festinare. Idem lib. 3. Georg.

— en age segneis Rumpere moras.

¶ Rumpere fidem, est fidem violare. Ovid. Epist. 2. 3.

Rupi quam ruptam sum mihi questa fidem.

Sic Rogitationes (i. plebiscita) rumpere, Plaut. Cure. sc. 2. a. 4. Rogita-

tiones proptervos populus scivit, quas vos rogatas rumpitis.

¶ Rumpi item dicuntur, quæ nimia tensione dissiliunt. διαρρήγνυ-

σ. Cicer. in Vatin. Ut aliquando ista quæ sunt inflata rumpantur.

Hinc Quintil. Periclitatur rumpi vox tensior, & Plaut. in Capt. Ego

me, tuā causā, ne erres, non rupetus sum (clamando, sive vocem

intendendo.) ¶ Inflatas rumpere vesiculos, apud Cic. 2. de divin.

Horat. 2. Serm. Satyr. 3.

— quum magis atque

Se magis instaret, Non si te ruperis, inquit,

Par eris.

¶ Hinc sumpta translatione, rumpi invidia, & rumpi malis dicimus,

pro eo quod est, graviter discruciat, & vix ferre posse. Virg. 7. Eleg.

— invidia rumpantur, ut illa Codro.

Cic. Quint. lib. 3. Ut his malis Reipub. licentiisque audaciam, quibus

antea rumpabar, nunc ne moveat quidem. ¶ Rumpere patientiam.

Suet. in Tib. cap. 24. Et Rumpere obliquum primi austi. Idem in Gal-

ba c. 16. ¶ Rumpo, pro rumpi facio. Martial. lib. 10.

Grandu ut exiguam bos ranam ruperat olim:

Sic, puto, Torquatus rumpet Oraculum.

¶ Rumpere, sicut & frangere, pro interimere. Ovid.

Quique Lycurgidem lethavu &

vel telo, vel quo alio ut scinderet alicui corpus, vel ruptionem fecerit. Aquila enim eas ruptions quæ damna dant persequitur.

Rupturus, a,um, Senec. c.28. de vita Beata. Quæ tempestates rupturae

sunt nimbū suū, video.

Ruptor, is. יְרֵבָה קַרְבָּה בְּרֵבָה. GAL. Romper, qui rompi. ITAL. Chi rompe. GERM. Ein brächer, zerbrecher. HISP. El que rompe. ANGL. He that breaketh. LIV. 4. ab Urbe. Hiccine est, inquit, ruptor foederis humani, violatorque gentium juris.

Ruptus, a,um, Fractus. { יְרֵבָה קַרְבָּה בְּרֵבָה. GAL. Rompu,

crevē. ITAL. Rotto, crepato. GERM. Zerbrochen. HISP. Quebrantado.

ANGL. Broken. Virg. Georg. 2.

— qua vi maria alta tumescant

Obicitus rupis.

¶ Rupri membra estimatio. Gell. cap. t. lib. 20. ¶ Testamentum ruprum, id est, irritum. X. Ratum, Cicero de Orat. Testamentum ruprum, aut ratum. ¶ Aliquando ruptum dicimus, fatigatum & membris fractum ex diutino labore. Apuleius, Quousque ruptum istum asellum, nunc etiam claudum frustâ pascemus? Aliquando ruptus, pro eo sumitur qui vestibus est laceris, & pannosus. { קַרְבָּה קַרְבָּה. Mart.

Qui sanet raptos, dic mihi Galle quis est?

Ruptura, æ, i, fractio Rompure, rupture, fraction: ut, Ruptura membri, pacis, &c. Gell. c. 1. lib. 20. Quoniam talioni par non sit talio: neque rumpi membrum facile possit, ad alterius rupturæ, ut ais, æquilibrium.

Rumpi, orum, qui & traduces dicuntur, Brachia sunt vitium, quibus illæ ex arboribus in arbores traducuntur, & sibi mutuo connectuntur. { GAL. Avantins de vine. ITAL. Rampoli, rasoli. GER. Die langen Enkel an den Raben so man in die Höhe von einem Baum bis zu dem anderen zeugt. HISP. Sarmientos de la parra. ANGL. Branches whereby the vine tree is brought from trees to stand tied together. } Varr. lib. 1. de re rust. c. 8. Quartum pedamentum est nativum ejus generis, ubi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit: quos traduces, quidam rumpos appellant. Quibus ex verbis Varronis, quoniam manifestum est eodem esse rumpos, qui alio nomine traduces dicuntur, reliquum est ut doceamus, hisce nominibus non arbores ipsas significari, (ut quidam putaverunt) neque rursus vites ipsas, sed quædam vitium veluti brachia; à sua utrinque matre porrecta, & circa medium arborum intervallum sibi occurrentia, ibidemque connexa. Id autem planum fiet Columellæ testimonio lib. 5. c. 7. ubi sic habet: Cætera simili ratione atque in arbusto Italico administrantur, ut vites longis scrobibus deponantur, ut eadem diligentia curentur, atque in ramis diducantur, ut novi traduces omnibus annis inter se ex arboribus proximis connectantur, & veteres decidantur. Si tradux traducem non contingit, media virga inter eas deligitur. Quum deinde fructus pondere urgebit, subjectis adminiculis sustineatur.

Rumpotinum arbustum, genus arbusti Galici est, à rumpis, id est, traducibus nomen habens, qui utrinque à matre exporrecti, & circa medium arborum duarum intervallum sibi occurrentes connectuntur. Colum. lib. 5. c. 6. Est & alterum genus arbusti Galici, quod vocatur rumpotinum, id desiderat arborem humilem, nec frondosam. Cui rei maximè videtur idonea populus: ea est arbor cornu similis. Quinetiam cornus, & carpinus, & ornus, nonnunquam & salix. Hoc genus arbusti frequens est in agro Mediolanchi, ubi etiam hodie nomen servat. Arbores rumpotinæ, quibus vites rumpotinæ innituntur. Vites autem rumpotinas (ut ex prædictis facile intelligi potest) eas vocamus, ex quibus rumpi, id est, traduces ducuntur. Idem Colum. loco jam citato, Arboribus rumpotinis si frumentum non subseritur inter utramque partem, viginti pedum spatha inter veniunt. At si segetibus indulgetur, in alteram partem quadraginta pedes, in alteram viginti relinquentur.

Rumpotinus, a,um, à rumpis, seu traducibus de arbore in arborem ductis factum.

Rumpotinum, locus rumpotino arbusto consitus, vel ipsum arbustum rumpotinum. Colum. lib. 5. c. 6. Nam ita ferè constitutum rumpotinum animadvertis, ut ad octo pedes locis siccis, & clivosis, ad duodecim pedes planis & uliginosis tabula disponantur. Reliqua vide in dictione præcedenti.

Rümüs culus, vide Rumor.

Rünā, teli genus latiorem habens cuspidem, à quo deducitur adjacitum Runatus, id est, runa armatus. Ennius, Runata recedit, id est, pilata, ut interpretatur Festus. ¶ Hujus diminutivum est Rulla, de quo paulò ante.

Runca, æ, pro Runciha veteres usurparunt, teste Festo.

RUNCINA, æ. { ANGL. A bush syth to cut bushes. } Fabrile instrumentum esse constat: id tamen quale sit, video non satis convenire inter eruditos: aliis afferentibus genus esse ferræ majoris, qua fabri materiali secent arborum moles, subjectis canteris: aliis rustici ferramenti genus esse existi mantibus, ad dumeta excidenda accommodatum. Nos contra runcinam eandem putamus, quam vulgus hodie planum vocat, qua fabri assumenta radunt & levigant. Idque ut ita censemus, facile adduci mur. Plinius testimonio I. 6. c. 42. ubi sic habet, Firmissima ad teatum abies. Eadem valvarum repagulis, & ad intestina opera aprissima, sive Graco, sive Campano, sive Siculo fabricæ artis genere spectabilis, ramentorum crinibus paupinato semper orbe lese, volvens ad incitatos runcinatum raptus. Arnobius, Dolata effosa, terebrarum excavata vertigine, runcinarum levigata de planis. Dicitur à Græcis ἡρακλεῖ. { I. uncina, item à Romanis Dea credita est, quæ runcionis præset: cuius meminit & August. lib. 4. Civit. Quum runcantur segetes, id est, à terra herbæ auferuntur, deam Runcinam præfecerunt.

Runcino, runcina levigo. Varro lib. 5. de L. L. Deruncino. Plaut. Capt. 3. 4.

RUNCO, as, herbas inutiles, fruticæ sive noxio evello, sive extirpo. { GAL. Sareler, oster les meschantes herbes. ITAL. Stirpa l'herbe

cative. GERM. Aussäatten/ausreutzen. HISP. Roçar. ANGL. To weed or pluck out weeds. { ut, Runcare spinas, apud Catonem de re rust. c. 2. Runcare segetem, est herbis noxiis expurgare. Plin. lib. 18. c. 21. Siliginem, far, triticum, semen, hordeum occato sarrizo, runcato, qui bus dictum erit diebus. ¶ Runcare, translatè pro vellicare ac decipere Pers. Sat. 4.

Despiciat in mores penemque, arcanaque lumbi
Runcantem.

¶ Hinc componitur Runcio, de quo supra suo loco.

Runcino, nis. Papias, Runcones sunt, quibus vepres secantur, hi & falcatia à similitudine falcis dicuntur.

RUNCATIO, verbale. { βασταζόμενος. GAL. Sarclement. ITAL. Eso runcare, GERM. Lättung. HISP. Repamiento. ANGL. A weeding. } Colum. lib. 2. c. 9. frequentem tamen exigunt sartitionem & runcationem, ut herbis liberentur.

RUNCATOR, is. { βασταζόμενος. GAL. Sarcleur. ITAL. Roncatore. GERM. Ein latter. HISP. Rogador. ANGL. A weeder. } Colum. lib. 11. cap. 3. Quaque præteriero, intelligi oportebit nullam operam postulare runcatoris.

RVO, is, rui, rutum, & ruitum, Cado, cencido. { נִפְחַד נִפְחַד nipħād. nipħād, נִפְחַדְוּמָא nipħād. Cheir du haut en bas, tomber, aller en ruine. ITAL. Rovinar, cadere, precipitare. GERM. Zu haufen fallen / nider fallen. HISP. Derribar, caer. ANGL. To fall down or go violently. } Virg. 2. Aeneid.

— ruit alto à culmine Troia.

Ter. in Heaut. Quid si nunc cælum ruat? Ovid. 4. de Ponto, Eleg. 3.

Et subito casu qua valvæ ruunt.

Plaut. Amph. sc. 1. a. 5. Ades primò rueré rebamur tuas. Idem Men. sc. 2. a. 1. Quin totæ ades ruant, quin cum fundamento perierint. Idem Cure. sc. 2. a. 5. Exotitur ventus, turbo, spectacula ibi ruant. ¶ Per translationem quandoque ponitur pro effundi. { נִשְׁבַּח nishbāḥ. Virg. lib. 6.

Vnde ruunt totidem voces responsa Sibylle.

¶ Quandoque pro decipi. מְתַהַּר pathāḥ. מְתַהַּר nipħāḥ. Cit. lib. 3. Offic. Sic hoc non est emptorem pati ruere, & per errorem in maximum fraudem incurere. ¶ Quandoque pro cumulare, vel corrader, evertare, disjicare, ponitur. Et sic habet accusativum, quum aliis qui sit absolutum. Virg. lib. 1. Georg.

Quid dicam iacto qui semine continuus arva

Insequitur cumulōsque ruit mala pinguis arena?

Idem lib. 1. Aeneid:

— spumas salis are ruebant.

Plaut. æris acervos ruit, impetu scilicet. Horatius Idem intellexit, ut metiretur nummos, id est, etiamsi modus metiretur & rueret acervos nummorum. Hinc est quod Cicero dixit ad Att. 1. 16. De Dolbellæ laudibus deruam cumulum. ¶ Quandoque pro festinanter, seu in præceps ferri, & sine cautela in aliquem impetum facere. { נִתְחַזֵּק nithazek. ḥeqəw. } Virg. lib. 10.

Quo moriture ruius, maioraque viribus audes.

¶ Quandoque pro impellere. { נִתְחַזֵּק hiddeach. ḥiddeach. } Terent. Adelph. Cæteros ruerem, agerem, raperem, runderem, prosternerem.

¶ Quandoq; pro cruso, sive eximo. { נִתְחַזֵּק hitsil. ḥitsil. } Virg. 11. Aeneid:

— confusa ruerant

Offa focu.

¶ Quandoque pro crepare, & gravi sonitu quodammodo ruinam minari. Virg. lib. 1. Georg.

— ruit ardus aether, id est tonitru perecrepat.

Ad eundem modum cæli ruinam. Idem lib. 1. Aeneid. pro tonitru posuit.

Fluctibus (inquit) oppressos Troas, calique ruina.

¶ Ver ruit, id est, præcipitatur, & ad finem properat. Idem 1. 3. Georg.

— Vel quum ruit imbrisserum ver.

Nox ruit. Aeneas, nos flendo ducimus horas.

¶ Ruere nubem, est egerere, emittere. Idem 2. Georg.

— ruit atram

Ad cælum picea crassus caligine nubem.

¶ Hujus composita sunt, adebrue, corrue, diruo, eruo, irruo, obruo & subrue: quorum significata vide suis locis. ¶ Ruere (unde ruitrum) impetu admetiri, & retro, sive hostiori cumulum adæquare. Plaut. æris acervos ruit.

Ruinæ, æ, Casus, excidiūque dicitur. { נִפְחַד mappnah, vel, mappnah. נִפְחַד, נִפְחַדְוּמָא. GAL. Ruine, cheute. ITAL. Rouina, caso. GER. Ein fall, umbfallung. HISP. Caida. ANGL. Decay of housing or falling down. } Nam (ut inquit Hieronymus) Ruina est quum paries domorum diruuntur. Cicero 3. Tufo. Magis me moverunt Corinthi subito aspectu parietum ruinæ, quam ipsos Corinthios. Ovidius Eleg. 5. lib. 3. Trist.

Vt ce: idi, cunctique metu lugere ruinam.

Ibid. Eleg. 8. lib. 1.

At simul impulsa est (domus) omnes timuere ruinam.

Gell. cap. 15. lib. 3. Anus viro filio, copia atque turba, & quasi ruinæ incidentis inopinati gaudijs oppressa exanimataque est. ¶ Ponitur aliquando pro morte מְתַהַּר marəbh. Plin. lib. 17. c. 2. 5. Prodigium in nostro ævo Neronis principis ruinæ factum. ¶ Cæli ruina, pro tonitru. מְתַהַּר abām. Virg. 1. Aeneid.

Fluctibus oppressos Troas, calique ruina.

Vbi Servius, Cæli ruina, id est, tonitribus, quorum sonus similis est ruinis. ¶ Transfertur & longius, ut pro quavis pernicie, seu calamitate accipiatur. מְתַהַּר edh. Cic. 1. in vesp. in Catil. I. ratemitto ruinæ fortunarum mearum. Idem Attico, Magna proximis Idibus ruina impendet. ¶ Subdere caput ruinæ, est exponere se periculo. Curtius lib. 5. Hinc spe, hinc metu militares animos veriantur: ruinæ illos subdere capita, in perniciem trahi, quum Baetra patientant exceptura eos donis & opulentia.

Ruinæ, æ, Caducus, seu ruinam minans. { מְתַהַּר. GAL. Rhinœus, qui menacie ruina. ITAL. Rhinoso, che minaccia ruina. GERM. Gaußfallig.

Bauofellig/ombfellig. HISP. Cosa que est papa tacer. ANGL. Ruinosus, that decayeth. ut. Ædes malè materialæ, ruinosæ, apud Cic. 3. Offic. Ignoretur in omnibus cubiculis appasere serpentes, malè materia-
tæ, ruinosæ.

Rupa, ex uitriusque partè acuta. GL. Isid.

Rupēsis, Petra; propriæ in summo rupta & acuta, deinde & quævis pe-
træ cum pendente, ut & ripa. { יְרֵא תַּשְׁרֵפָה כְּבֶד יְלֹד סְלָתָה. δέντρον, στρίπε. GAL. Une roche, un rocher. ITAL. Rupe. GERM. Einschrof / oder
fels. HISP. La peña. ANGL. A rock. } Caesar. 2. bell. Gall. Quod quum ex
omnibus in circuitu partibus altissimas rupes, despectusque habe-
ret una ex parte, &c.

Rupicæs, Festus, Petrones rustici ferè dicuntur propter vetustatem, &
quod deterrima quæque ac prærupti jam agri petræ vocatur, ut ru-
pices iidem à rupibus; aliter à petratur asperitate & duritia Petro-
nes dicti. Lucil.

Varronum ac rupicum squarroso incondita rostra.

Vide squarroso. Tertull. in apolog. c. 21. Rupices ac feri homines,
Gell. 1. 15. c. 9. sed veteres nostri non usque eo rupices & agrestes
fuerunt, ut &c.

Ruplœnæ, Apul. Flor. lib. 1. Quis ex rupiconibus, bajulis, tabernariis
tam infans est, ut si pallium accipere velit, disertis maledicat?

Rupicæpiæ, Capra sylvestris, quasi rupium capra. { יְרֵא יְתָנָה לְבָדָה. δέντρον, ἄγρια. GAL. Un cheureul. ITAL. Capra salvatica. GERM. Ein wilde Geiß die in Birgen vnd Felsen hin vnd hâr stâgert / als die Gemshen. HISP. Un genero de cabramontes. ANGL. A wilde goat. } Plin. lib.
11. c. 37. Rupicapris in dorsum adunca cornua, damis in adversum.
lib. 9. c. 53. Capræ tamen in plurimas similitudines transfiguran-
tur. Sunt capræ, sunt rupicapræ, sunt ibices perniciatis mirandæ.
Vide etiam Damæ.

Rupina. GL. Isid. Rupes abrupta montium.

Rupio, suo subula, à γάρτῃ. Gloss. Philox.

Rupitias, in legib. 12. Tabul. Sei rupitias (id est si damnum dederis)
Talio esto. Laurenberg.

Ruremunda, sive Ruræmunda. Rurmonde, V. E. Geldriæ, ad Mosæ, &
Ruræ confluentem, sub A. Machliniensi.

Ruræstris, Ruricola, Ruro, vide Rus.

Ruræ, & Rursum. Iterum, denuò. { יְרֵא בְּדָה. δέντρον, αὐδησις. GAL. Derechef, d'avantage. ITAL. Di nuovo, un'altra volta. GERM. Widerumb. HISP. De nuevo, otra vez. ANGL. Againe oft soone. } Cic. pro Mur. Facis ut rursus plebs in Aventinum sevocanda videatur. Terent. in Eunach. Inimicitæ, inducitæ, bellum, pax rursum. Plaut. Most. sc. 1. a. 2. Pater ve-
nit: Iube abire rursum. Idem Capt. sc. 2. a. 1. Me recipiam rursum domum. Idem Amph. Si rursus revertent in gratiam est. Idem Aul. sc. 2. a. 1. Quò abis redi rursum. ¶ Inveniuntur interdum rursus & denuò conjuncta. Plaut. in Penulo, Revertor rursus denuò Carthaginem. ¶ Rursum prorsum. Terentius in Heyr. Tace, trepidari sen-
tio, & cursus rursum prorsum. Donatus, Rursum propriè retrò, Pror-
sum autem significat: & est proverbiale, sicut dicimus, Sursum deorsum, Intrò foras. Hac illac. Et rursum vetus: Laurenberg. ¶ Quan-
doque ponitur rurus, pro è contrario. Virg.

Hand rursum enodes trunci resecantur.

Rvs, ruris, Prædium rusticum: ita dictum, teste Varro lib. 4. de ling. Lat.
quod in eo quotannis rursus eadem fiant, ut capiantur fructus:
quod tamen ineptum videri potest, cum verisimilius sit esse ex
Græco ἀρχαιος, prima litera abjecta: ut ἀρχαιος, mulgeo, & similia. Scaliger in Varronem. ¶ Rura autem, agrorum dicuntur tantum:
Prædia, non nisi cum ædificia sunt. Hoc tamen non observatur
à Iureconsultis. { יְרֵא שָׁדְבָּה. ξεργία, ἀρχαιος, ἀρχαικια. GAL. Un lieu champêtre, un village, les champs. ITAL. Villa, possessione, contado, campo. GERM. Ein feld / oder Gut / ein Bauwesen besitzung. HISP. El campo que se labra, o ara, aldea. ANGL. The country. } Plautus in
Captiv. Rus iit. Idem Mostell. sc. 1. a. 1. An ruri censes te esse? (sup.
qui sic clamas.) Idem Captiv. sc. 1. a. 1. Dum ruri rurant homines. Idem Asin. sc. 1. a. 2. Te vixerunt vincitum rus. Horat. 1.
Epist. 10.

Ruria amatores hac in re scilicet una

Multum dissimiles.

Cicer. pro Rosc. Amer. Habet animi relaxandi causas rus amorem
& suburbanum. Idem 3. Offic. Ab hominibus relegasset, & ruri ha-
bitare jussisset. Virg. 3. Georg.

Luciferi primo cum sidere frida rura

Carpamus.

Rus mittendi. (de pueris infelici ingenio.) Quint. cap. 9. lib. 2. Plau-
tus Most. sc. 1. a. 1. Augebis ruri numero genus ferratile. ¶ Rus ele-
ganter posuit Catull. pro eo, qui est adverius urbanitati. Infacto, in-
quit, infacetior rure, & alibi; pleni ruris & infacetiarum. Rus sat-
rum dixit Persius, quod omnibus rebus abundet. Satyr. 1. Rus civi-
tas, proverbium. Vbi quis in urbe neglectis legibus, vi, pro quo sua
libidine rem gerit. In civitatibus enim legibus ex æquo vivitur,
in agris licentius agitur. Quadrabit etiam in civitatem, in qua le-
gum non magnus habetur respectus. Ex Erasmo.

Ruscūlūm, diminutivè à rus. Gell. lib. 1. 9 cap. 9. Cœnam dabat amicis ac
magistris in ruscōlo.

Ruræ veteres incoltos agros dicebant, id est, sylvas, & pascua. Ex libro
variorum aurorum de limitibus.

Rúcalis, c. quod ad rus pertinet. { ἀρχαιος. GAL. Champestre, de villa-
ge. ITAL. Cosa di villa. GERM. Das zu dem feld gehört. HISP. Cosa de
campo que se labra, o de aldea. ANGL. Of the country. } Vnde Rurales
dij. Mercurius, Panque, quibus sacrificabant placentas, & vi-
num, qua de re extat non invenustum Leonidæ Græci poëta Epig-
ramma:

Αύλαι, καὶ τυμφίαιν, οὐρὸς πάγος, αὐθὶς ιπὸ πίτην

Πίδακες, η δὲ υδωσιν γάτοισι πίνειν.

Καὶ σὺ πεταγυληγει μηλοστὸς μεγιστὸς ἐργα,

Οὐτὶ τὸ αἰγινότιν πῶν πατίχεις σπόπελον.

Γλαινὴ ψαίσα, τὸτε σκύφος ἐμετέσθεισ οἴνην

Διξεῖς. Αἰανίδαι δῆγε Νιστόλειμον.

Calepini Pars II.

Idest, Stabula, & Nympharum sacré pagus, vos sub saxo fontes, tuq;
aquis vicina pinus, & quadrate ovium servator, Maiæ Mercuri qui-
que capris depastum Pan occupas scopulum: propitij hæc liba, pocu-
lumque plenum vino suscipite, & acida dona Neoptolemi.

Rurārio, nis, actio turantis. Apuleius in Apologia. Iste verò nec Diis
nutationis qui cum pascunt, ac vestiunt, segetis ulla aut vitis, aut
gregis primitias impastit.

Ruræstris, quod est ruris, vel eorum proprium, qui ruri degunt. { ἀρχαιος
x. GAL. De village, rustique. ITAL. Di villa. GERM. Bauwisch / des
felds. HISP. Cosa de aldea. ANGL. Uplandish or of the country. } Apuleius, Ruræstri vocabulo vulgus indoctum rosas laureas ap-
pellat.

Ruricola, x, qui rus colit. { אֲכִיר חַדְרָתָה כְּבֶד חַדְרָתָה הַבְּדָלָה
mäh. γαργαλ. GAL. Laboureur des champs, villageois. ITAL. Comadino.
GERM. Ein bauvor/einer der das feld bauvet. HISP. Aldeano. ANGL.
That drovelleth in the country. } Colum. lib. 10. c. 31. Hæc nè ruricola
paterentur monstra? Ovid. lib. 5. Metam.

Ruricolasque boves letho dedit, &c.

Aratum ruricola. Imò τὸ ruricola, aliter hic explicandum est: ait
Passer. Ovid. 4. Trist. Eleg. 6. alias 5.

Tempore ruricola patiens sit taurus aratri.

Rurigena, qui ruri natus est. { ἀρχαιον. GAL. Qui est, natus, ou habite
és champs. ITAL. Nato in villa. GERM. Der auff dem feld oder land/
das ist / nit in der Stadt geboren. HISP. Engendrado ò nascido en aldea.
ANG. Borne in the country. }

Ruro, as, Rusticor, ruri ago. { ἀρχαιον. GAL. Se tenir, ou demeurer aux
champs. ITAL. Star in villa. GERM. Auf dem feld sein/mit Feldwerk
umbgehn. HISP. Estar en el aldea. ANGL. To dwell in the country, to
exercise husbandrie. } Plaut. in Capt. sc. 1. a. 1. Dum rure rurant ho-
mines. ¶ Dicitur Ruror, atis, deponens. Varr. in Serrano, ut annotavit
Nosius, Dum in agro studiosius ruror, aspicio Triptolemum scul-
poneatum bigas sequi cornutas.

Rusina, ruri præposita, Papias. nempe Dea ruris. August. lib. 4. de Civit.
Dei, cap. 8.

Rusium, M. sub P. Constantinopolitano.

Rusma, metallicum aliquid, Turcis valde usitatum.

Ruspor. Fest. Ruspari est quærere crebrò & studiosè: ut hoc versu
indicatur, Et ego ibo, ut latebras rusper maritimæ.

Russatus, russo coloratus, rubro infectus.

Russia duplex est, Nigra, & Alba: illa Poloniæ contermina est, &
ad regnum Poloniæ pertinet: hæc districtioñis Moscoviticæ pars
est.

Russus, a. um, ruber certo modo, qui Incarnato Italæ, GERM. Leibfarbe.
GAL. Incarnat.

Russulus, non nihil russus.

Russus, & Russus, nomina sunt coloris, ad rufum inclinantis, dilu-
tius tamen rubentis. Vnde in factionibus aurantium russati di-
cebantur, qui hoc colore erant exornati. Vide Thylesium in bello
de coloribus.

Rustarius Vide Rusticarius.

Rusticus, a. um, quod ruris, vel rusticæ est, vel ruri degit. { ἀρχαιο
GAL. Rustique, rural. ITAL. Di villa. GERM. Bauwisch/eines Bauwesen.
HISP. Cosa de aldea. ANGL. Rustical, of the village or country. } ¶ Ru-
sticus sermo, barbarus olim dicebatur, Gell. cap. 6. lib. 13. ¶ Domus
rustica. Cic. pro Quintio, Erat ei pecuaria res ampla, & rustica sane
benè culta, & fructuosa. Liv. 11. belli Punici, Quæ vox in rusticum
inde proverbium posita. Cic. pro Roscio Amer. Vita autem hæc ru-
stica, quam tu agrestem vocas, parsimoniae, diligentia magistra
est. ¶ Quandoque rusticus dicitur, moribus, & vita incultus, quasi
semibarbarus. ἀρχαιος. Virg. 1. Eclog.

Rusticus est Corydon.

Quint. lib. 2. c. 12. Manus indoctæ ac rusticæ.

Rusticior, comparativus, Senec. Epist. 90. Simus hoc titulo rusticiore
contenti: ô virum bonum.

Rusticus, i. substantivum, Agricola, sive ruri habitans. { ἀρχαιο
GAL. Rustique, villageois, rustaut. ITAL. Rustico, contadino, villano. GERM. Ein
Bauvor/oder Bauwerman HISP. Aldeano, rudo, villano. ANGL. A hus-
band man or uplandish man. } Plaut. Most. sc. 1. a. 1. Germana illu-
vies, rusticus, hircus, hara suis, Idem in Merc. Urbani fiunt rusticæ.
Virgilii 1. Georg.

Iam dum acer ceras venientem extundit in annum.

Rusticus.

Cicero in Oratore, Secimo non modò urbanorum, sed etiam rusticorum.

Rustica vinalia, quarto decimo Calendas Septembres celebrabantur,
quo die primum in urbem vinum deferebant. τὰ λίανα. Festus au-
thor est, à Latinis primum diem hunc fuisse institutum, qui adver-
sus Mezethium pugnaturi vinum Iovi eo die libarunt.

Rusticæ, veteres pro barbaræ usurpatæ, sive imperitæ. { ἀρχαιος ἀρχαιο
GAL. En villageois, rustiquement, lourdemant. ITAL. Villanamente,
rozzamente. GERM. Beuerischer roess, Karsthänsich. HISP. Rustica-
mente. ANGL. Lyk an uplandish or rusticall man. } Cic. 1. Offic. Vigent
sanè rusticæ: negant enim posse, & in eo persistant. Rusticæ loqui,
pro barbaræ & imperitæ. Gell. cap. 6. lib. 13.

Rusticitas, atis, Morum incivilitas, urbanitati contraria. { ἀρχαιο
GAL. Rusticité, lourdisse, incivilité. ITAL. Rusticità, vigl incarria. GERM. Beu-
vorische grobheit/onliebigkeit der sitten. HISP. Simplicidad mœurs, d
sin doctrina. ANGL. Incivility of maners. } Martial. lib. 7.

Quare aliquem Curios semper, Fabiosque loquentem,

Hirsum & dura rusticitate trucem.

¶ Ponitur quandoque pro inepta & timida verecundia, quam do-
mesticæ vocant Græci. Ovid. de Amor

Et si rusticus non vetat, ipsa rogat.

Ibidem, Hei mihi rusticus, non pudor ille fuit.
Item, pro incivilitate. Suet. in Ces. c. 53. Ne hospitem, aut negli-
gentiæ, aut rusticitatis videretur arguere.

II 2

Rusticus.

Rūsticulūs, aum, diminutivum, Subrusticus, id est, qui moribus nonnihil rusticis est præditus. { ἡμίγενος. GAL. Un te ut rustique, qui sent aucunement son rustique & lourdaunce incivil. ITAL. Aliquantum rusticus, un poco villano, colui che ha costumi villanescoi. GERM. Simlich bauorisch vñnd grob mitt suten. HISP. Villano un poco ANG. That hath unplandish and not civill maners. } Cicer. pro Sestio. Sentit rusticulus non incatus (neque enim homines nequam tacere potuerunt) suum sanguinem queri ad restinguendam invidiam facinoris Clodiani. Martial. lib. 10.

Nec doctum satis, & parum severum,
Sed non rusticulum nimis libellum.
Facundo mea Plinio Thalia,
Ferfer.

Rusticula, avis perdici similis, nisi quod rostrum longius habet. Plin. lib. 10. c. 38. Ambulant aves aliquæ, ut passeres, merulae: currunt ut perduces rusticula: ante se pedes jaciunt, ut eiconiae & grues Exstat de hac ave distichon apud Martialem lib. 13.

Rustica sum perdix, quid refert, si sapor idem?

Carior est perdix, sic sapit illa magis.

Rūsticānūs, a, um, Rusticus. { ἡμίγενος. GAL. Rustique. ITAL. Rustico. GERM. Beuorisch. HISP. De aldea, aldeano. ANGL. Rusticall, of the village or tunrie. } Cic. 3. de Orat. Et illud quod loquitur, priscum visum iri putat, si planè fuerit rusticum. Idem pro Rose. Amer. Tamne hæc attenta vita & rusticana, relegatio, atque amandatio appellabitur. Rusticanum ne contempseris rhetorem; & ἀπόρες μὴ κατεπόρε πάνες. (apud Diogenianum) Admonet adagium, ne quem ob imperitiam, infantiamve fastidiamus: neque spectemus à quo, quōve pæcto dicatur, sed quid? Qui valent eloquentia, non perinde curandum est, quid minentur, aut pollicantur. At penes quos rusticana veritas est, si quid vel inculte dixerint, haudquaquam oportebit negligere. Siquidem hujusmodi plus solent efficere, quam loqui. Ex Erasmo.

Rūsticāriūs, a, um, quod ad rus, aut rusticum pertinet. { ἡμίγενος. GAL. Appartenant à village, rusticque. ITAL. Pertinent à villa. GERM. Beworen zugehörig. HISP. Perteneiente à aldea. ANGL. Pertaining to th: cuntry or village. } Vnde facies rusticarias dixit Varro 1. de re ruf. c. 22. Vetus exemplar habet Ruscarias, à rusco, ut apud Catonem c. 11. aliij rusticaris perperam legunt, quia apud Festum Rustum ex rubis legatur, fugientibus literis.

Rūsticōr, aris, Ruri deo. { ἡμίγενος. GAL. Se tenir, ou demeurer aux champs. ITAL. Stare in villa per spasso, & piacere. GERM. Auf dem Feld sein oder wohnen / mit Felsnereck / oder Bauernnereck umbgehn. HISP. Estar à morar en el campo à aldea. ANGL. To dwel in the cuntry, to exercise husbandrie. } Plinius, Quum simul æstate rusticaremur. Cicero Tironi, Liceat modò rusticari. Idem 1. de legib. Ut dum consisto in Tusculano sciām quid garriat: sin rusticatur, quid scribat ad te.

Rūsticātiō nis, actus ipse rusticandi. { ἡμίγενia. GAL. Demeurance es champs. ITAL. Esso dimorare in villa. GERM. Die wohnung auf dem feld/ das ist außerhalb der stat. HISP. Aquella estancia del campo. ANGL. An abiding in the cuntry. } Cicero de Amicitia, Neque solum militia, sed etiam peregrinationes, rusticationesque communies. Columell. lib. 11. cap. 1. Et hoc undecimum præceptum rusticationis memorie tradita.

Rūsticātim, adverbium, pro rusticè. { ἡμίγενas. Rustiquement, ruralement. ITAL. Rusticamente, villanescamente. GER. Beuorisch. HISP. Rusticamente ANGL. Rusticallie, vneiuillie. } Pomponius. Ego rusticatim tangam, urbanatim nescio. Nonius.

Rūsticulā, sive perdix rusticata: Martiali ὄρνεων. { ANGL. A woodcock. } Avis est perdici similis, sed rostro oblongo, vermisbus vicitans. Plin. lib. 10. cap. 30. Currunt ut perduces rusticula.

Ruscino, nonis: oppidum in extremis Gallie finibus, non procul à montibus Pyrenæis, cuius meminit Plin. 1. 3. c. 4. Vulgus Ruscilonem hodie appellat. GAL. Roussillon.

Rūscum, i, vel ruscus, Humilis frutex est, foliis myrti, sed latioribus, cuspidis specie, mucronato cacumine, baccis per maturitatem rufescensibus, quæ è mediis foliis dependent nucleo intus ossea duritia. { GAL. Mûre ou myrtle sauvage. ITAL. Rusco albero salvatico. GERM. Mensdorn oder Weerbesen scharpfster Myrrus. HISP. El brusco. ANGL. A certaine roughe and sprinckled shrub, petegrey. } Græci ζευμαρινός, δέμηρσινός, καὶ μοργύλως εἰριῶν, hoc est, humilem, acutam, & agrestem myrtum appellant Virg. 7. Eclog.

Horridior rusco, projecta vitior alga.

Idem lib. 2. Georg.

— necnon etiam aspera ruscus

Vimina per sylvam.

¶ Rusco etiam sepes muniebantur antiquis. Colum. lib. 10.

— hirsuto sepes nunc horrida Rusco

Prodit.

Ruscarius, vide Rusticarius.

Rūpinā, ἡμίγενa, oppidum Africæ propriè dictæ, non procul ab Adru-

meto: de quo Plin. lib. 5. cap. 4.

Rūspōr, aris, antiquis in usu fuit pro scrutari, seu diligenter inquirere. { οὐδὲν τὸν πόπον μελαχρύνει. ANG. To searche diligentie. } Accius nycteresia, ut citat Non. Vagant ruspantes sylvas. Sic ruspares latibras, apud Festum. Translatio sumpta est à gallinis, quæ ruspares propriè dicuntur, quum escam quætentis, terram scalpunt. ¶ Hinc componitur Corruspor, pro conquiro. Plautus, Corruspare tua con-

filia in pectore. Rūtā, orum, apud Iurisconsultos, quasi eruta dicuntur: ut arena, creta, & his similia nondum in opus conversa. Festus, Ruta cæsa dicuntur quæ venditor possessionis, sui usus gratia conciderat, eruendaque contraxerat. Vlpian. in lib. fundi, de act. emp. & vend. Si ruta cæsa excipiantur in venditione ea placuit esse ruta, quæ eruta sunt, ut arena, creta, & similia: Cæsa ea esse, ut arbores cæsalis, & carbones, & his similia. Mutius 1. in rutis, de reb. signific. In rutis, & cæsis ea sunt, quæ terra non tenentur, quæque opere structili, testotiori non

continentur. ¶ Ne in rutis quidem & cæsis: proverbialis locutio est, qua usus est. Cic. 2. de Orat. pro eo quod est, nulla in parte. Sed dicit te (inquit) quum ædes venderes, ne in rutis quidem & cæsis solum tibi paternum recepisse. Vide de hoc plura in Adagiis Erasmi.

Rūtā, æ, herba est nulli non nota, etiam hodie nomen, vel apud vulgum retinens, luminibus claritatem afferens, sed venerem coërcens. { πτίζαρος. GAL. Herbe appellée Ruë. ITAL. Herba detta Rutta. GERM. Rauten ein Kraut. HISP. La ruda, yerva conocida. ANGL. Rue or herb grace. } Dictam autem volunt rutam, quod, una ex omnibus herbis, propter multiplicem ejus usum maximè eruat. Ovid. 2. de remed.

amor.

Veilites sumas acuentes lumina rutas,

Et quicquid Veneri corpora nostra negat.

Ruta mustelæ contra serpentes dimicaturæ se muniunt: habet enim præsentaneum adversus venena omnia remedium. Vide Plin. lib. 20. cap. 13. ¶ Ruta, manipulus militum, Latini posteriores eo aliquando utuntur.

Rūtæcūs, a, um, quod ex ruta confectum est: ut aqua rutacea.

Rūtætūs, a, um, quod ruta conditum est. { ὁ μῆλος τοῦ πεπονίου μεταβόπος. GAL. Meslé avec de ruë, ou enveloppé dedans. ITAL. Cosa mescolata con ruta. GERM. Mit Rauten vermischet. HISP. Cosa mescolada con ruda. ANG. Mingled with rue. } ut, Mustum rutatum. Plinii, Invenio mustum rutatum populo datum. Rutati lacerti, ruta conditi. Martial. lib. 10.

Secta coronabunt rutatos ova lacertos.

Rūtabūlum, i, authore Festo, propriè dicitur instrumentum, quo mystici utuntur in prouiendo igne, panis coquendi gratia. { οὐδὲν οὐ πρότοις ἥγε το τὰ πυρίαστα κατέβασαι. GAL. Va fourgon, ou furgon. ITAL. Spatola da mescolare in cose che si cuoceno. GERM. Ein esengabel mit deren man das feur rüret/ein ofenbruct. HISP. Mecedero à burgone. ANG. Amakron or colerake. } Colum. lib. 12. c. 18. Sublata lampade rutabulo ligneo. Hodieque id nomen servatur apud Italos. Sueton. Aug. c. 75. Nihil præter cilicia, & spongias, & rutabula, & forcipes, (alias forpices,) &c.

Rutelæ, vermes arborum.

Rutheni, ꝑὐλιώ. Populi Galliæ Aquitaniæ, Narbonensi provinciæ & Cadurcis contermini. Vulgo Rhodez. ¶ Alij sunt Rutheni in samaria Europæ, non procul à Tanai fluvio, hodie Russi dicti & eorum regio Russia.

Ruthrum, spina peregrina. H.P.

Rutilius Geminus, Jurisconsultus fuit sua ætate insignis, & Pontificium librorum author: Orator quoque, ut illa cerebant tempora, non contempnendus: cuius tamen orationes posteritati horridæ vise sunt, & jejuna: de hoc Cicero in Bruto, Rutilius in quodam tristri & severo dicendi genere versatus, magnum munus de jure respondendi sustinebat. Sunt ejus orationes jejuna, multa prædicta de jure, doctus vir & Græcis literis cruditus, Panætij auditor, propè perfectus in Stoicis. Hæc ille. ¶ P. Rutilius Cn. Manlii in Consulatu collega fuit, qui primus acciris in castra gladiatoriis, vitandorum inferendorumque ictuum rationem militibus tandem curavit. Armorum (inquit Valerius) tractandorum meditatio, à P. Rutilio Consule Cn. Manlii collega militibus est tradita. Is enim nullius ante se Imperatoris exemplum secutus ex ludo Cn. Aurelij Scauri doctiorum gladiatoriis accersitis, vitandi atque inferendi ictus subtiliorem rationem legibus ingenieravit. Hic actus in exilium à partibus Syllanis, & à Sylla inde redeundi potestate facta, respondit illud quod à Seneca lib. 6. de beno. refertur, Malo ut patria mei exilij erubescat, quam reditu mereat. ¶ M. Rutilius Censorinus, teste Valer. cap. de moderatione, Iterum Censor creatus in concione populum corripuit, quod eam potestatem sibi bis contulissent, cuius majores, quia nimis magna videretur, tempus coactandum judicassent. ¶ Rutilius Lupus, Rhetor, insignis fuit, ipsi etiam Quintiliano commemoratus. cuius etiam hodie opus extat de Rhetorum figuris.

RVTILO, as, Rutilum facio. { γῆρας ὁρφιάθη ναγκᾶ. Κανδιζό. GAL. Faire comme or, jaunir, reluire, briller: Blondir, faire devenir les cheveux blonds. ITA. Far risplendere, risplendere. GERM. Glitternd oder schimmend machen. HISP. Arruviar à arroxar, resplender. ANG. To mak lyk gold, to shyne to glister as god. } Plin. lib. 28. cap. 1. Gallorum hoc inventum rutilandis capillis & cinere & sevo. Comæ promissæ & rutilatæ. Plin. lib. 28. cap. 12. Liv. lib. 8. d. 4. Rutilatæ comæ Gallorum, &c. Sueton. in Calig. 47. Galliarum quoque procerissimum quemque, &c. coegerit non tantum rutilare & submittere comam, sed & sermonem Germanicum addiscere. Crinis propexus ac rutilatus. Tacitus lib. 20. ¶ Interdictum neutrum est absolutum, significans idem quod rutilo colore resplendere. Virg. 8. Aeneid.

Arma inter nubem cali in regione serena,

Per sudum rutilare vident.

Rütilesco, is, Rutilus fio. { ξενοδίζωμεν. GAL. Reluire, briller, & jetter lumen comme or. ITA. Divenir splendente, chiaro. GERM. Glitterend werden gelbrot. werden. HISP. Enruviacerse, enroxarse. ANG. To roxe glistering lyk gold. } Plin. lib. 8. cap. 55. In Alpibus candidi lepores, quibus hybernis mensibus procibatu nivem credunt esse, certe liquefciente ea, rutilescunt omnibus annis.

Rütillus, a, um, Color est è flavo rubescens cum quadam splendoris exuberantia. { ριζήδιον γεράκι, πυρέως, πυρέος. GAL. De couleur jaune comme or, reluisant, resplendissant, brillant. ITA. Risplendente, di color giallo come oro. GERM. Goldgård vnd gliterend. HISP. Cosa rúvia. ITAL. Glittering, coloured lyk gold. } Gell. cap. 2. 6. lib. 2. Fulvis enim, & flavus, & rutilus, &c. appellationes sunt Ruti. Cui astipulatur Sueton. in Neron. c. 1. Atque in fidem majestatis adeo peimulisse malas, ut è nigro rutilum æriqæ assimile capillum redderet. Plin. lib. 8. c. 18. Albis maculis colorem rutilum distinguenteribus. Cic. de somn. Scip. Cum rutilus fulgo horribilisque terris, quem Martem dicitis. Rutilus mulieres dicuntur, inquit Vattro, valde rufæ.

Rutrum, i, quo quid eruitur, à ruendo. *{στεφεῖον}*. ANGL. Amattock
or pikeaxe. Vulgo Rable, ou rabot. Nam sicut aratum, aratum:
sic turum rutrum facit. Festus. Rutrum tenentis juvenis effigies in
Capitolio ephobi fuit, more Græcorum acenam eruentis: exercita-
tionis gratiâ: quod signum deportavit ex Bithynia Romanum Pompeius Bithynicus. Plin. lib. 36. cap. 23. Experimentum marmorati est
in subigendo donec rutro non cohæreat. Cato cap. 11. Oportet ha-
bere villicum palas sex, rutra quatuor, rastros quadridentes duos.
Significat & hostiorum: quod Græcè ἔργον. Hinc dimisutivum
Rutellum. Lucilius.

*Frumenarius est, modium secum atque rutellum
vnum affert.*

Ruere est enim modio cumulum adæquare. Cicer. ad Att. lib. 16. De
laudibus Dolabellæ deruam cumulum. Plaut. — æris acervos ruit.
ἐπιώντι, scilicet. Scaliger in Varronem, ex Nonio.

Rutubam veteres turbationem appellabant, teste Nonio *ὕβρισις*. Varro Sexages. Id postea viderimus, nunc sumus in rutuba. ¶ Est etiam
Rutuba Liguriæ fluvius, ex Apennino fluens. Plin. lib. 3. cap. 5.

Rutuli, *ρουτοί*, antiquissimi Italiz populi qui Latij partem tenuer-
rant Ardeæ proximam. Hi duce Turno adversus Æneam bella ges-
serunt, ut latè describit Virg. *sex posterioribus Ænclis sua lbris.*
Plin. lib. 3. c. 5. Tam tenues, inquit, primordio imperij fuere radices.
Colonis sæpè mutatis tenuere alij aliis temporibus, Aborigenes,
Pelasgi, Atcades, Siculi, Arunci, Rutuli.

Rutum, quod rutum est, *χρηματόθησις*, à ruo, deiicit. Fest. Ruta cæsa di-
cuntur quæ venditor possessionis, sui usus gratia, concidit, ruendō
que contrahit, Non. Ruta dicuntur diruta. Varro lib. 4. de L.L.
Rutu.

Rutupiæ, Britanniæ insulæ portus, apud Ptolemaeum lib. 2. cap. 3.

vulgò Sandwoich, aut Rochester.

Rutupinum, promontorium Britanniae. Lucan. lib. 6.

Aut uaga quam Tethys, Rutupinare littora feruent.

Vnde Caledonios fallit turbata Britannos.

R Y

Vide Rh aspiratum suprà.

NOTÆ ANTIQVORVM

R. Roma, Romanus, Romanorum, Rex, Regulus, Regnum.

R.C. rescriptum. R.C. Romana civitas, Romani cives.

R.D. Regis domus, vel donum. R.DD. res dono data.

R.E. G. regio. R E I. M. rei militaris. R E I P. reipublicæ. R E S T. te-
stituitur. RET. P. C. retro pedes centum. RET. P. X X. retro
pedes viginti. RET. P. retro pedum.

R.F.E.D. recte factum esse dicetur.

R.G.F. regis filius, regis familia. R G. F.A. Regis filia. R G. R H AV.
Regia Rhavenna. R G.D. Regis donum, domus. R G. T S. re-
gium thesaurum.

R.M. regis manus, rege major, regis mundum. R M.L. Romanæ le-
ges R M.S. Romanus. R. M. I. res materna jacet.

R.N.LON. P.X. retro non longè pedes decem.

R.O. Romani. R O M. Romani.

R.P. Respublica. R.P.R. Romani Principes. R. P. C. rei publicæ con-
stituto. R. P.C.P. rei principium. R. P.R.I. res privata.

R. R. rejectis ruderibus, ruderibus recolligendis. R.R.E.G. rurum re-
gentium. R. R.R. rurum Romanorum. R.R.R. F.F.F. Regnum
Romæ ruet, ferro, flammâ, fame.

R.T. refert. RTD. rotundam.

R.V. rura venalia.

S

LITTERA est semivocalis, ut quæ sonum suum à
vocali auspicetur, & in seipsum terminet. Hæc si ante-
cedat m, vel p, vel t, insimilibus dictionibus, ad
subsequentem pertinet syllabam: ut in eosmus, pro-
per, testis. In compositis verò aliud est: nam in artus-
pex (teste Quintiliano) quia pars ejus posterior à spe-
ctando est, s, tertiae dabimus: in abstemius verò, quia ex abstinen-
tia temeti composita vox est, primæ relinquitur. ¶ Transit quan-
doque s in m, ut Rursum pro rufus in n, ut Sanguis, sanguinis: in r,
ut Flos floris: Hinc M. Ter. Scaurus de Orthographia S, pro R, in-
quit, usurpabant veteres, unde *Lafes*, pro *Lares*; & *Aſa*, pro *Ara* di-
cebant. ¶ S, quoque apud veteres Poëtas elidebatur sæpius in
metiendo, testibus Cic. Quint. Victorin. & Lucilio.

Tum lateral? dolor certissimum nuntius mortis.

Interdum cum proxima adjuncta vocali, exteri solet, quod tam
men insolentius. Lucil. lib. 13.

Aut operatum aliquo incelebre cum equalib' fano.

SABA. *{אֶבָּה}* sebā. σέβα. Steph. Civitas regia Aethiopiæ, inquit Ioseph. quam postea Cambyses à sororis suæ nomine Meroen denomi-
navit. Hinc Nilus circundans, inexpugnabilem reddébat. Dicta Saba
δὲ τὸ σέβα, quod est colere & venerari: quia thus mittit, quo in sa-
crificiis uruntur. Sunt qui dicant Saba, Arabum linguâ, mysterium
significari. Hieronym. verò conversionem sonare autumat.

Sabæus, a. um, σέβα. ut Sabæus odor apud Colum. lib. 10. Thus
Sabæum, ex Saba, Virgil. lib. 1. Aeneid.

Sabacus, Aethiopum rex, qui Amasis Aegypti regem fugavit, & il-
lius regnum quinquaginta annis obtinuit, teste Herodoto lib. 2.

Sabæi, *{אֶבָּה}* σέβα. οὐσιῶν. Populi felicis Arabiæ, ditissimi sylvarum
fertilitate odorifera: quorum metropolis est Saba, quam Strabo lib. 16.

Meriabam vocat. His proxima est, inquit, felicissima Sabæorum ter-
ra, quæ maxima natio est. Apud hos thus & myrrha & cinnamomum
nascitur, in ora etiam balsamum, & alia quædam herba valde odo-
rata, quamquam ejus odor citò deperit. Habent præterea palmas odo-
ratas & calamus. Serpentes quoque palmares, colore puniceo, usque
ad ilia assilentes, quorum morsus incurabilis est. Homines propter
maximam fructuum copiam, otiosi senesque vivunt: in radicibus ar-
borum cubant. & ex eis incident, quæ proximi suscipientes protinus,
alter alteri consequenti tradunt, usque in Syriam atque Mesopota-
miam. Ab odoribus autem stupefacti, bituminis sufficiunt, & hirci
barba stuporem tollunt. Meriaba Sabæorum urbs, in monte jacet
arboribus pleno. Sub rege sunt, qui judiciorum ac ceterarum re-
rum potestatem habent. Hactenus Strabo lib. 16. Hos Iosephus lib. 1.
à Saba Chusi filio, qui à Cham ortus fuit, dictos affirmat Sabæos
dictos putat Servius δὲ τὸ σέβα, quod est venerari, quod deos
ipsorum thure venerarentur. Virg. 1. Georg.

India mittit ebur, molles sua thura Sabai.

Idem 2. Georg.

— solis est thurea virga Sabæis.

Sabæa, potus ex frumentis coctus.

Sabæoth, vide Sebaoth.

Sabaria, Plinio, in Notico: Ptolemaeo in Pannonia superiore: S. Mar-
tini E. Turonensis patria: hodie oppidum Hungariae, quod Ger-
mani Statim Angera vocant.

Sabatia, Pomponio, sive (ut apud Plinium legitur) Vadum Sabatum,
oppidū Ligurix maritimū, olim nobili portu insigne. Hodiæ Savona.

Sabatra, Sabæorum oppidum in litore matis rubri. Plin. lib. 1. c. 29.

Sabaudia, savayæ, veterum Allobrogum provincia.

Sabatus, σέβα, Bacchus apud Thraces. Quidam Bacchi filium
esse volunt.

Calepinis Pars II.

SABBATHVM, i, *{שְׁבַת}* schabbâth. σάββατον. GAL. Le jour du sabbat, le
samedi qui est le jour du repos aux Juifs. ITAL. Sabbato, riposo. GER.
Der ruhtag, oder Sabbath tag ist bey den Hebräeren der sibend einer sets-
lichen wochen. HISP. El sabato fiesta de los Hebraos. ANGL. The day of
rest, which was yesterday to the Levites. ¶ Hebræi septimum quemque
hebdomadæ uniuscujsque diem appellabant: quem Ethnici Saturni
diem nominabant: quo die Iudei ab opere omni feriabantur. Deum
mundi architectum imitati, quem Sacra literæ tradunt, confecta
sex diebus mundi machina, eaque exornata, septimo die quievit
unde & Sabbathum vocaverunt, quæ vox Hebræis diem quietis si-
gnificat. ¶ Prima itaque sabbathi dicitur, primus dies septimanæ,
quem Dominicum etiam nominamus. Secunda sabbathi, secundus
dies. Tertia sabbathi, tertius dies. Quarta sabbathi, quartus dies.
Quinta sabbathi, quintus dies Sexta sabbati, sextus dies à die Do-
minico. Et ipsum sabbathum, septimus dies. Plin. lib. 31. c. 2. In Iudea
tibus sabbathis omnibus siccatur. Hæc Ethnici planitarum nomi-
nibus appellant, quod nunc quoque retinemus: ut secunda sabbati
th à Luna, dies Lunæ fit, tertia à Marte, quarta à Mercurio,
quinta à Iove, sexta à Venere. ¶ Diem sabbathi religiosè colui-
se, eoque die jejunasse diligenter Iudeos, ipsi Ethnici testantur: ut
Augustus Cæsar ad Tiberium scribens his verbis: Ne Iudeus qui-
dem, mi Tiberi, tam diligenter Sabbathis jejunium servat, quam
ego hodie servavi. Et Suet. in Aug. c. 76. Apud Hebraos quoque
Sabbathum, teste Iosepho, pro Septimana accipitur. Vnde est illud
in Evangelio S. Lucæ. c. 18. vers. 12. Jejuno bis in sabbatho. Ulti-
mam hujus dictionis syllabam aspiramus: quia à verbo Hebreo flu-
xit, quod scribitur per τὸ την σabbath quievit, quamvis
Græci per τ. scribant.

Sabbathæ dicti sunt Iudei à Romanis, quod sabbatha sanctè ac reli-
giosè colerent. οι σαββατικοι. Mart. lib. 4.

Quod jejunia Sabbathariorum, &c.

Sabbathicus, fluvius. De eo vide Iosephum lib. 7. bell. Iud. c. 24.

Sabbathismus, σάββατισμος. Celebratio sabbathi.

Sabbathizare, est sabbathum observare. *{שְׁבַת}* schabbâth. σάββατον. ¶
Hieron. in Levit. Quando fueritis in terra hostili, sabbathizabit, &
requiescat in sabbathis solidinis sue.

Sabasius, σάβασιος, Bacchi cognomen, δὲ τὸ σέβας. quod verbum
Phrygibus, aliisque nonnullis barbaris idem valet quod bacchari, si-
ve bacchantium more saltare. Vide Cælium Rhodig. l. 7. c. 15.

Sabe. Syrorum lingua, mensis Februarius dicitur.

SABELLI populi à Sabanis orti, qui incolunt montes, qui sunt inter
Sabinos & Marsos: olim etiâ Samnites dicti, ut testis est. Plin. l. 1. c. 12.

Sabellus, a. um. Virg. 2. Georg.

Hac gens acre virum Marsos, pubemque Sabellam.

Sabellicus, a. um, idem. Virg. 3. Aeneid.

— dentisque Sabellicus excutit suis.

Sabidius, vir Romanus gula deditus, plus vorabat quam posset con-
coquere: quo circa ita fœtebat ejus anima, ut nemo posset cum eo lo-
qui: quem Martialis Epigrammate insectatur.

Non amo te Sabidi, nec possem dicere quare:

Hoc tantum possum dicere, non amo te.

Sabis, Arabum deus, cui decimas mensura, non pondere persolvunt.

Sabinæ, herba est duorum generum, quarû altera cupressi, altera am-
ericis folia refert. Σβινο. GAL. Herbe appellée du Savinier. ITAL. Sa-
vinia. GERM. Seuembrium. HISP. Sabina-yerba. ANGL. Savin hearbe. ¶

Plin. l. 24. c. 11. Herba sabina brathy appellata à Græcis, duorum est
generum: altera tamarici similis folio est, altera cupresso. Col. lib. 6.

r. 4. Alij sabinam herbam rutamque cum mero diluunt.

Sabinam, Illyrij appellabant telum venabuli simile. Ennius.

Illyrij restians feceris sabinique fodentes.

li 3

Hinc

Hac Feltus.

Sabina, Poppæa, T. Olij filia, & Poppæi Sabini neptis, quam Nero Othoni nuptam, à viro abduxit, illo per speciem honoris in Lusitaniam relegato: deinde & matrimonio sibi conjunxit, repudiata relegataque in Pandatariam insulam Octavia. Perit iactu calcis à Neroni, quum gravida esset, pereussa. Vide Tacit. lib. 3. Annal.

Sabini, *οὐεῖσιν*, populi sunt in quarta Italæ regione, non procul à Roma, à religione & cultu deorum cognominati, quasi Sebini, *δέσιν* τούτους. Sabini, ut refert Plutarchus in Rom. in Num. Silius vero à Sabo auctore gentis Sabinos dici putat, qui lib. 8. ait.

Pars landes ore ferebant

Sabe tuas, qui de patri cognomine primus

Dixisti populos magna ditione Sabinos.

Hos Plinius Apennini jugis vallatos utrinque scribit. Strabo Sabinos ait angustum incolere agrum in longitudinem protensum, à Tyberi usque Nomentum oppidum, stadiis mille usque ad Vestinos. Horum filias rapuerunt Romani olim in spectaculo, quum uxoris carerent. Romulus enim quum affinitatem vicinorum bona pace impetrare non posset propter urbis novitatem, consilium cepit de rapiendis virginibus. Indictis itaque ludis Neptuno peragendis, quum multi hospites accolæ convenissent cum conjugibus & liberis: ultimo die dato signo quum ad rapinam discurreretur, raptæ sunt virgines 683. auctore Dionysio in antiquitatibus: propter quam rapinam consequutum postea est bellum inter Romanos & Sabinos: cujus exitus talis fuit, ut victi Sabini, in patrem urbis fuerint recepti. Virg. 8.

Et raptæ sine morte Sabinas

Confessu cavea, &c.

Sabinus, Declamator tempore Senecæ, lepido vir ingenio: cuius meminit Seneca in declamationibus. Sabinus Vespasiani frater, imperfectus à Vitellio, quum Vespasiano res contra Iudeos gerente, post Orthonis mortem Capitolium cum æde Iovis occupasset. Sabinus sophista, sub Adriano principe scripsit Isagogen ad materias & hypotheses, declamationum libros quatuor, præterea in Thucydidem enarrationem. Suidas. Sabimus Mafurius scripsit Fastorum & memorabilium rerum libros. ¶ Sabinus, Syrus, memorandæ fortitudinis, qui tempore Titi, primus Hierosolymæ muros ascendit. Autor Ioseph. lib. 7. cap. 1. ¶ Sabinus Tiro qui *αρχικηγος*, id est, de re horrens libros aliquot conscripsit, teste Plin. lib. 19. cap. 10.

Sabis, *σάβις*, fluvius est Carmaniae in sinum Persicum illabens. Autores Ptolemaeus tab. 6. Asia, & Plinius lib. 6. cap. 23.

Sabrina, fluvius Britanniae insulae, versus Occidentem in mare illabens, cuius meminit Tacit. Annal. lib. 2.

Sabrum, asperum. Gl. A. L.

Sabucus, ut Ruellio scribendum videtur: five Sambucus, ut alij malunt: frutex est duorum generum: quorum alter ad justæ propemodum atboris robur assurgens, à Græcis *επίκηρη* appellatur. ¶ GAL. *Subrea, ου συσσαν*. ITAL. *Sambuco*. GERM. *Holz oder artich.*. HISP. *El sauco arbol*. ANG. *An elder tree*. ¶ Alter humilis, flore tamen & folio superiori non dissimilis: à Latinis ebubum, à Græcis *ζεραμάκην* nominatur. Vtrumque genus baccas fert in umbella, per maturitatem nigrescentes, succumque atri sanguinis colore reddentes. Verum de his plura infra in dictione *Sambucus*.

SABVLVM, i., & Sabulo, nis, Arena crassior, ponderosiorque. ¶ *σάβλον* chól. *σάβλος*, *ψαύλος*. GAL. *Sable, sablon*. ITAL. *Sabiana, arena grossa*. GER. *Grob sand*. HISP. *Tierra arenosa, o arena*. ANG. *Weightie and ponderous sand, or balase of a shipe*. ¶ Plin. lib. 17. cap. 43. Invicem sabulum album in Ticinensi, multisque in locis nigrum, itemque rubrum, etiam pingui terræ permistum, infecundum est. Colum. lib. 4. cap. 35. Pullam terram, & resolutam desiderat, sabulonem humidum, vel refractum tophum non respuit. Var. 1. de re rust. cap. 9. In queis lapis, marmor, rodus, arena, sabulo, argilla, &c. ¶ Sabulon instrumentum musicum, apud Apuleium. *Macrobius*, Sabulo, sabulonis videtur pro eodem posuisse. Apud Fast. & Virg. *Sambulo* tibicinem significat, de quo infra, quod non longè videtur à sabulo aut sabulone recedere.

Sabulösüs, a, um. Plenum sabulo. ¶ *ἀρρώδης*. GAL. *Sablonneux*. ITAL. *Sabbionoso*. GERM. *Sandechtig, voll sand*. HISP. *Lleno de tierra arenosa, arenoso*. ANG. *Full of ponderous sand*. ¶ Plin. lib. 13. c. 4. Palma gignitur levi sabulosaque terra.

Sabuléatum, i, dicitur locus in quo sabulum abundat. ¶ *ψαύλος*. GAL. *Sablonniere*. ITAL. *Luogo dove è molto sabbio*. GERM. *Ein ort an dem vill sand ist, ein landgrub*. HISP. *Lugar de aquella tierra arenosa*. ANG. *A place full of ponderous sand*. ¶ Plin. lib. 27. c. 8. Crocodilon nascitur in sabuletis.

SABVRRA, x, propriæ sabulum vilius & crassius, quo naves onerari solent usque ad certam mensuram, quod stabiliores sint. ¶ *εργα*. GAL. *Grosse arena ou gravier dequoy on charge les navires pour estre plus fermées contre la tempeste: la Saorne*. ITAL. *Sabbione, bellota, saorna*. GERM. *Gat grob sand mit dem man die schiff beschrearet das sie hart daher fahren*. HISP. *El lastro para assentar la nave*. ANG. *Balase roher roish shipes ar even poysed to go upright*. ¶ Plin. lib. 18. cap. 23. Certum est, Pontum transvolaturas, primum omnium augustias petere, inter duo promontoria. Criumetopon, & Carambin, mox saburra stabiliri. Liv. 7. bell. Pun. Se in animo habuisse, tota classis Ephesum petere, & onerarias ducere multa saburra gravatas, atque eas in fauibus portus supprimere. Priscianus præcipit in hac voce, b literam esse geminandam: quod an verum sit, ipse videt. Virg. certè primam syllabam corripit. lib. 4. Georg.

& sape lapillos.

Vt cymba instabiles fluctu jactante saburram, tollunt.

Saburra, vicus antiquæ Romæ, ubi meretricum diversoria erant: quæ int̄dē Saburrana.

Saburratæ, est saburra onerare, & se stabilire adversùs vim ventorum. ¶ *χαράξειν*. GAL. *Charge d'arena*. ITAL. *Mettere la saorna nella nave*. GERM. *Mit grobem sand beschärfen*. HISP. *Alastrar la nave*. ANG. *To balase shipes*. ¶ Plin. lib. 18. c. 15. Echini affigentes se, aut arenas sabur-

rantes, tempestatis signa sunt. Solinus. Gruens volaturaæ arenas devorant, sublatisque lapillis ad moderatam gravitatem saburrantur. Saburratæ, a, um. ¶ *ιππανδρίς*. GAL. Charge d'arena ou de gravier. ITA. Carico di grossa arena ò di sabbia grossa. GERM. *Nir grobem sand beschärfet oder gefüllt*. HISP. *Cargado de lastro, alastrado*. ANG. *Balased or laden with gravel*. ¶ Saburra oneratus, & per translationem quovis modo expletus. Plaut. — Cifel. quæ ubi saburratæ sumus, Largilo-que extemplo sumus.

Sabyllus, vir Gelous, Cleandri tyranni interactor. Autor Herodot. 1. 6. Sacæ, carum, Scythæ Asiaticæ populi, laxati fluvio vicini, à Sogdianis Comedorum montibus divisi, nullas habentes domos, sed nemora & speluncas inhabitantes. Autor Ptolemaeus, Tabula Asia septima. Persæ Scythas omnes uno nomine Sacas appellant: propterea quod Sacarum gens ex omni Scytharum genere illis proxima sit, illosque penè solos noverunt. Plin. lib. 6. cap. 17. Ultrâ sunt Scytharum populi, Persæ illos Sacas universos appellavere à proxima gente, &c. Hi olim Bactrianam provinciam occupavere, & optimam Armeniæ regionem adepti sunt, ut l. 11. Strab. referr., atque usque ad Cappadocas processerunt. Sed quum ex spoliis festa celebrarent, Perfarum imperatores eos noctu adorti, funditus delevere. Hos quidem Sacasenos, *σακανοίς* vocant.

Sacal, Ägyptiorum lingua electrum significare existimavit Nicias, & in Ägypto ex radiis Solis nasci, ut refert Plin. lib. 37. cap. 2.

Saccharum, i, ¶ *σάκχαρος*. GAL. Du sucre. ITAL. Succharo. GERM. Zucker. HISP. El açucar de cañas. ANG. Sugar. ¶ Dicitur mel arundinibus collectum, gummi modo candidum, fragile. Nascitur in Arabia, India, Crete, Italia, & Sicilia. Unde oxySaccharum, positionis genus ex saccharo & aceto. Plin. lib. 12. cap. 8. Saccharum & Arabia fert, sed laudatius India. Est autem mel in arundinibus collectum, gummi modo candidum, dentibus fragile, amplissimum, nucis tantum avellanæ magnitudine, ad medicinæ tantum usum. Hæc Plinius. Hodie præstantissimum advehitur saccharum ex Fortunatis insulis, quas Canarias vocant in metæ formam reditum. Nascitur & in Ägypto, Cypro & Rhodo. Galeri seculo saccharum vix notum erat, hodie tam vulgatum, ut ne quotidians quidem cibus placeat sine saccharo.

Saccätzä, *σάκκατζα*. Oppidum Africæ propriæ dictæ, non procul à syn magna: cuius meminit Ptol. lib. 4. cap. 3.

Sacciperium, ij, Major crumena, & minoris marsupij receptraculum. ¶ *σάκηπεριος*. Plaut. Ruden. Meum marsupium, quod plenum argenti fuit in sacciperio. Dictio composita ex sacco & pera. GAL. Bousi.

Sacco, per saccum colo. Gloss. *saccat iñiñi*. inde

Saccata vina, id est, colata per saccum, à *saccus*, quatenus est colum, *κόμης*. Senec. epist. 86. Non saccata aqua lavabatur, sed sèpè rubida. Vulgo legitur pacata. Ibi Lipsius: Scripta, non saccata aqua.

Saccatum, liquor est aquæ face vini admixtus & sacco expressus: & unde dicitur, Isid. lib. 20. c. 3.

SACCVS, i. ¶ *πώσακον*. GAL. SAC. ITAL. & HISP. Sacco. GERM. Sack. ANGL. *A sack*. ¶ Notæ significationis est: quippe quod non modo apud Hebræos, Græcos & Latinos, verum etiam apud Italos, Hispanos, Flandros, Germanos, Gallos, multarumque aliarum linguarum homines eodem nomine dicuntur. ¶ Et à Sacco Poloni appellant Zak, hoc est, scholasticus; quod ex literis victimum querentes, perpetua premantur penuria, & instar mendicorum saccos bajulantium, sibi difficulter victimum querant. Horat. 1. Sermonum, Satyr. 1.

congestie undique saccis

In dormie inhibans.

Cicer. 5. Verr. Quum iste civitatibus frumentum, coria, cilicia, sacos imperaret, neque ea sumeret, pro iis rebus pecuniam exigenter. Plaut. Cap. sc. 1. s. 1. Vel extra portam ire trigeminam ad sacculum licet. (i. ut exponit Lambinus, mendicatum ire licet, (*Soccus frumentarius*, quo frumentum geritur, *Soccus nivarius*, id est, colum ex lapide spongioso, ad colandas aquas ex nivibus refolutas. Martial. epigr. 104. lib. 14.

Sacculus, & Saccellus, diminutiva. Exiguus saccus, marsupium. ¶ *σακκιον*. GAL. Sacher. I. A. L. Sacchetto. GERM. Ein sacklin. HISP. Pequeño saco. ANGL. A little sack, bagge or purse. ¶ Cic. 2. de finib. Ius, & sacculos abstulerit. Asconius. Sacci, unde sacculi & saccelli. luven. Satyr. 11.

quantum ferrata distet ab arca Sacculus.

Saccatæ, *σάκκαται*, Saccorum mercatura. *σάκκαται μεραρχίαι*. Apul. l. 1. de Afino aurum. Saccarium faciens merebam.

Saccarii, dicitur bajulus, vel gerulus, qui saccis gestandis, victimum queritat. ¶ *σάκηπος*. GAL. *Un porto sac, portepoche, portefais*. ITAL. Porta sacco ò pesi. GERM. Ein sackträger. HISP. El baastaje ò ganapan. ANGL. Abearer of sacks. ¶ Paul. 1. qui fundum, de contralor, empt. Si quid ex sacco saccarii cecidisset. Saccaria navis unde dicta: docet Quint. in instit. Orat.

Saccularii, otum. ¶ *σακιδηροι*. GAL. Pilleurs de bourses, affrontentrs. ITAL. Fraudatori, ingannatori. GERM. Leurbschisser / der die leur betreugt mit bösen Künsten, und in seinen sack machet. HISP. Engañadores. ANGL. Robbers of purses. ¶ Apud Iureconsultos accipiuntur pro fraudulentis impostoribus, qui vetitas artes exercent, & in sacculos partem subducunt, partem subtrahunt: quos Vlpianus ait plus quam fures puniendos, de extraordin. crim. 1. *saccularij*.

Sacellum, vide Sacer, adjectivum.

SACR, ra, rum, Consecratus, religiosus. ¶ *σάκρον*. GAL. SACRE, saint, dedié à Dieu. ITAL. Sacro. GERM. Heilig. Cosas sagradas. ANGL. Holy, consecrate. ¶ Virg. lib. 8. *Æneid*.

Exultit os sacrum calo, tenebræisque resolvit.

Plaut. Menach. At ego te sacrum coronam surripuisse Iovi scio. Plin. Epist. 177. Reverere gloriam veterem, & hanc ipsam senectutem quæ in homine venerabilis, in urbibus sacra est. Misericordia profanis. Horat. lib. 1. Epist. 17. *Ædes sacra, Cicer. Bruto lib. 13. Arces sacrae, Virg. lib. 3. Georg. Livius lib. 34. Sacer mons à plebe occupatus. Vide paulo infra. Item Sacrum certamen, vide Certamen. Plaut. in Aul. sc. 1. a. 4. In ara hic assidam sacra. Idem Caps. sc. 4. a. 3. Inter Sacra saxumque*

saxumque sto. Quintil. sacra patris memoria. Senec. c. 16. al. 35. de cons. ad Polyb. Nihil sacrum intactumque fortunæ. Idem cap. 9. de transq. Sactorum opera ingenitorum; i. libri. ¶ Capitul nonnunquam pro execrando, scelesto. ¶ אָרוּרַ עֲרֹרַתְנָא נְאֵלֶּה בְּעֵדְנוּ הָאָהָן. Virg. lib. 3. Æneid.

— quid non mortalia pecto. & cogis

Auri sacra fames?

¶ Antiquitus homo sacer dicebatur, qui post diras excretiones, pestis, alteriusve calamitatis expianda gratia alicui deorum immolabatur: quamvis per translationem etiam latius accipiatur pro quo vis homine scelerato, & detestabili. Horat. l. 2. Ser. Satyr. 6.

— Intestabilis & sacer otio.

Vide plura de hoc apud Macrobius lib. 3. Saturn. ¶ Sacet ignis, moribus cuius multa sunt genera, quæ apud Plinium habentur, lib. 26. cap. 11. i. g̃or̃it̃. Cels. lib. 5. Sacer quoque ignis malis ulceribus annumerari debet. Ejus duæ sunt species, Alterum est subrubi cundum, aut mistum rubore atque pallore, exasperatumque per pustulas continuas, quarum nulla altera major est. In his semper ferè pus & sapè rubor cum calore est. Fit maximè in pectori, aut lateribus, aut eminentibus partibus, præcipue in plantis: alterum autem est in summa cutis exulceratione, sed sine altitudine latum & sublividum. Hæc Celsus. In pecudibus (nam & eas infestat) pusula appellatur, Col. lib. 7. c. 5. Est etiam insanabilis sacer ignis quam pusilam vocatur pastores. Ea nisi compescitur intra primam pecudem, quæ tali morbo correpta est, universum gregem contagione prostrerit. Siquidem nec medicamentorum, nec ferri remedia patitur. Nam penè ad omnem tactum excandescit. Inter sacri ignis species numeratur quem vulgus ignem S. Antonij vocat. A Plinio, ni fallor, zoster appellatur, medium hominem cingens, & ubi cinxerit, enecans. ¶ Sacer morbus, idem qui comitialis, quod comitia dissolueret: & Hercules, propterea quod Hercules eo laborasse dicatur. ii. a. 10. c. 10. Sacer autem idcirco dici putatur, quod sanctissimam hominis partem, hoc est, animæ rationalis domicilium præcipue infester. ¶ Sacer locus, qui publicè est dedicatus, sive in civitate sit, sive in agro: similiter sacra res, quæ publicè sunt consecratae. ¶ Sacer serpens, serpentis gênuis admodum exiguum, adeò tamen pestilens, ut vel maximi angues venenum ejus reformident, eoque adveniente diffugiant, i. c. 10. ¶ Magnitudo huic ad cubitum, species hirsuta. Quicquid momorderit, continuo patescit.

Sacer mons, trans Aniem fluvium ultra tertium milliarium appellatur, quem plebs Romana post expulsos Reges, quum nexus potentiorum premeretur, secessione facta à Patribus, urbèque relicta occupavit: neque nisi impetratis suis sacrosanctis magistratibus, maximè admittente Menenio Agrippa, cum Patribus rediit in gratiam. i. c. 10. Vide Liv. lib. 2. ab Urbe, & Plut. in Coriolan.

Sacra, scil. epistola: rescriptum, sive epistola Imperatoris, tanquam personæ sacrae, pro sacra & inviolabili habendæ. Latini, posteriores absolute utuntur ea voce tanquam substantiva. Landulphus Sagax in Iustino 11. Cùm autem suscepisset Imperatoris sacram, osculatus est signaculum. Sic passim in his tor. Ecclesiastica. Græci retinent σάραντα.

Sacra via, in urbe Romana vocitata est, quod in ea iustum fœdus sit inter Romulum & Tatium, sive quod continuo ea utebantur sacerdotes Idulium sactorum conficiendorum causa. i. c. 10. Extendebat autem à domo regia sacrificuli usque ad sacellum Sirenae; & rursus à regia usque in arcam. Cic. pro Plant. Evidem, inquit, si quando (ut sit) jactor in turba, non illum accuso qui est in summa sacra via, quum ego ad Fabium Fornicem impellor, sed eum qui in me ipsum incurrit atque incidit. Hinc Ovid. Eleg. l. 1. 3. Trist.

Hac est à sacris que via nomen habet.

Hanc Horatius Sacrum clivum nuncupavit.

Sacra certamina Græciae quatuor erant, quæ à Tacito ludicra vocantur. i. c. 10. Olympia, Isthmia, Pythia, & Nemæa, de quorum institutione & præmiis, abundè multa annotavimus in dictione Certamen.

Sacres porci, qui dicantur, vide infra.

Sacrum promontorium à Ptolem. appellatum extremum Lusitaniae promontorium inter Anam & Chalibem fluvios, quod nunc appellant Cafur San Hi Vincentij, i. c. 10. a. 10.

Sacrum, i. substantivum, res sacra Deo dicata: per Sync. gener. sacrificium omninoque ritus sacer, & locus sacer, templum. Sacrificium. ¶ שְׁמַחַת קָרְבָּן זְבָחַת כְּרֻבִּים זְבָחַת הָעֵדָה, λειτεγία. GAL. Sacrifice, sacrement. ITAL. Sacramento, sacro, consacro. GERM. Ein Gottesdienst/ opfer/ heilig werck. HISP. Sacrificio. ANGL. A sacrifice, any thing dedicated to god. ¶ Virg. 3. Æneid.

Sacra Dionea matris, divisaque ferebam.

Idem l. 5. Æneid.

Sacra Iovi Stygio, qua ritè incœpta paravis.

Ovid. 5. Fast.

Ecce anus in medio residens, annosa puellis,

Sacra facit taciti, nec tamen ipsa tacer.

Plaut. Asin. sc. 2. a. 3. Vbi sacro manus sis admolitus. Ovid. 4. Fast.

Sive sacro pavi (pecus) sedive sub arbore sacra.

Plaut. Capt. sc. 1. a. 4. Sine sacris hereditatem sum adeptus. ¶ In sacris minutissima quæque observabantur ita ut trices iterata sint, Plutarch. in Coriol. ¶ Sacerdotum detestatio fiebat calatis comitiis. Gell. c. 27. lib. 15. ¶ Sacrum de ludis Olympicis. Velleius. ¶ Nonnunquam idem quod templum. ¶ חִכְבָּן heebâl שְׁמַחַת mikdâsch. i. c. 10. GAL. Temple. ITAL. Templo. GERM. Ein Kirch/ tempel/ heilig orth. HISp. Templo. ANGL. A churche or temple. ¶ Paulus iureconsultus, Sunt autem Sacilegi, qui publica sacra compilarent. At qui privata sacra, vel aedificias incustoditas tentaverint, amplius quam fures, minus quam sacrilegi merentur. Plaut. Cure. sc. 1. a. 4. Apud Cloacinæ sacrum, i. fanum. ¶ Inter sacrum & saxum, proverbialis locutio est, qua utimur, quoties nos in summo discrimine constitutos volumus significare. Vide Erasmi Adagia. ¶ Stata sacra quæ dicantur, Calepini Pars II.

tur, vide supra in dictione Feria, & infra in dictione Stata. Sacra hæc non aliter constant. Proverbium, quo licet uti, si quando fatebimur culpam, sed quæ rei loco conveniat: veluti si quis in balneis agat impudentius, aut inter mulierculas ineptius, aut inter aulicos dissimulantius, aut inter sophistas loquaciùs, aut apud populum adulantiūs. Ausonius nuptialis Centonis excusans licentiam, Etenim fabula est, inquit, de nuptiis, & velit nolit, sacra hæc aliter non constant. ¶ Sacrum sine fumo, argm. & v. o. ut cum molæ, lac, corollæ offeruntur, qualia erant pauperculorum sacrificia. Proverbio dicitur de tenui convivio, in quo nihil recens coctum apponitur.

Sacellum, i. diminutiv. à sacrum: & significat locum parvum Deo sacratum cum ara. ¶ רַמָּה ramah. i. c. 10. GAL. Un petit temple, une chapelle. ITAL. Cappelletta. GER. Ein Cappel/ Kirchlin. HISp. Temple pequeño. ANG. A chappell or little temple. ¶ Ciccr. de Lege Agrar. Sunt enim loca publica urbis, sunt sacella, &c. Trebatius Iureconsultus scribit, Sacellum compositum esse verbum, quasi sacra cella. Gell. cap. 12. lib. 6. Sed hoc neque verum, neque verisimile.

Sacro, as, Deo dedico, & sacrum facio, consecro. ¶ שְׁמַחַת kiddâsch חנָךְ chaneah. i. c. 10. i. c. 10. GAL. Sacrifer, consacer, dedier à Dieu. IT AL. Sacrare. GERM. Weißen/ heiligen/ einem heiligen brauch zu gnen. HISp. Consagrare. ANG. To consecras to god, to mak holy or dedicate. ¶ Plin. lib. 36. Ejusdem remanet & aliis centum cubitorum, quem post cœtitatem visu reddito, ex oraculo Soli sacrificavit, ¶ Sacrare votum diis est voto sese astringere. Virg. 8. Æneid.

— Diss. Ital. votum immortale sacrificabat.

¶ Ponitur aliquando Sacrate pro devovere, & detestabile decernere, & ita morti addicere, ut impunè occidi & violari possit. ¶ חַחְרִתְהֶרְיִם hechherim. ¶ Liv. 2. ab Urbe. Ante omnes de provocatione adversus magistratus ad populum, sacrandoque cum bonis capite ejus, qui regni occupandi consilia inisit, grata in vulgus leges fuere. ¶ Hujus composita sunt Consecro, Desecro, Obscurro, Protecro, & Rebro, quorum significata vide suis locis.

Sacrâto, nis, sacrandi ritus. i. c. 10. Macrob. Saturn. lib. 3. cap. 7. Sacratio- nis vocabulo observantiam divini juris implevit.

Sacrör, ar is pass. Ovid. 1. Fast.

¶ Vtque ego perpetuis olim sacrificabor in aris.

Sic Augusta novum Livia numen erit.

Sacratus, a, um, participium. ¶ שְׁמַחַת mekuddâsch. i. c. 10. GAL. Sacré, dédié à Dieu, consacré. ANG. Sacrato. GERM. Geweyhet/Ges heiliger. HISp. Consagrado. ANGL. Consecrated, dedicated to god. ¶ ut, Caput sacramatum. Virg. 1. Æneid.

Exorat pacem diuina, virtusque resoluta

Sacrati capitul.

Idem 2. Æneid.

Fat mibi Graiorum sacra resolvere jura.

Sacratae leges.

vide supra. Opus alicui sacramatum. Ovid. 2. Trist. Eleg. unica.

Idque tuo nuper scriptum sub nomine Casar,

Et tibi sacramatum fors mea rupit opus.

Livius lib. 9. dec. 4. Viget eloquentia ejus sacramata scriptis. Idem lib. 8. dec. 4. Sacratum fœdus in Capitolio. Et lib. 4. dec. 9. Sacrata arque sancita lex. Cæs. lib. 3. de bell. civ. Sacrati viri à Capua. ¶ Sacratae leges, quibus sancitum erat ut si quis adversus eas fecisset, sacer aliqui deorum cum familia, pecuniæque esset. i. c. 10. i. c. 10. Liv. 1. ab Urbe. Præcipuus pavor Tribunos invaserat, quād nihil auxilij haberent sacramata leges, morte collegæ monitos. Idem Sub idem fermè tempus, Ligures lege sacramata coacto exercitu, nocte castra Proconsulis aggressi sunt.

Sacratior & hoc sacratius, Sacratissimus. Plin. lib. 16. c. 44. Nihil habent Druidæ (ita suos appellant Magos) visco & arbore in qua dignatur, Sacratius. Idem lib. 13. c. 4.

Sacrâtu, ij. locus in quo sacra reponuntur. ¶ שְׁמַחַת Mikdâsch. i. c. 10. GAL. Le lieu où on met & serre les choses sacrées: sacristie. ITAL. Sagrestia. GERM. Sacristen / Ein ort einer Kirchen in welches man heilige ding hinbehaltet. HISp. El lugar donde se guarda lo sagrado: sacristia. ANGL. A place to keep things consecrated in. ¶ Nam Sacer locus & Sacramentum differunt. Sacer enim locus, est locus consecratus. Sacramentum simpliciter, in quo sacra reponuntur; quod etiam in ædificio privato esse potest. Unde à Cicerone Sacramentum Bonæ Deæ nominatur. Senec. lib. 5. Quæst. Arcana illa rerum naturæ sacra non promiscue & omnibus patent: reducta, & in interiori sunt clausa sacario. Gell. cap. 6. lib. 4. Ut terram movisse nuntiari solet, ita in veteribus memoriis scriptum legitimus, nuntiatum esse Se natui in sacario in regia hastas Martias movisse. Aeges. lib. 5. scribit, sacarium templi Hierosolymorum fuisse profanatum à Gentibus, quod solus semel in anno princeps sacerdotum solebat intrare, non sine sanguine. ¶ Quid interficit inter sacrum locum, & sacramentum, ostendit Vlpian. in l. sacra, ff. de divisi. re. inquiens, Sacer locus, est consecratus: Sacramentum, in quo sacra reponuntur. Sueton. tamen de August. cap. 5. non tam pro sacerdotum repositorio, quād pro sacerdoto, locoque sacerato sumpsit. Natus est (inquit) Augustus ad capita bubula, ubi nunc sacramatum habet, aliquantò postquam excessit, constitutum. Paulò post, eodem, cap. Id ipsum sacramentum pars domus appellatur. Et in Tib. cap. 51. eadem in significatione Suet. videtur usurpare, cum ait, At illa commota veteres quosdam ad se Augusti codicillos, de acerbitate & intolerantia morum ejus è sacario protulit atque recitat. ¶ Ponitur & sacramentum pro latatio in ædibus privatis. Cic. ad Memmum lib. 15. Caio Aviano Evandro qui habitat in tuo sacario, & ipso multum utor, & patrono ejus M. Emilio familiarissime.

Sacris, e, sacer, aptus ad sacram.

Sacris, hostia absolute. Fest.

Sacres porci, id est sacri, appellabantur qui puri essent ad sacrificium, ut immolarentur quum primum depulsi essent ab ubere: id autem contingebat die circiter decimo à parti: & ob id appellabantur ab antiquis sacres, quod cum ad sacrificia idonei primùm essent.

xi 4 Græc.

Græc. ζεύς ἀρι. Plaut. in Menach. sc. 2. a. 2. Quantū hic porci sunt sacres: Ita quidem Varro (ex quo hæc desumpta sunt) citat hunc locum Plauti; qui tamen locus ita vulgo legitur; — quibus hic pretiis veneunt porci Sacres, sinceri, &c. Vide de illis porcis plura apud ipsum Varronem c. 1. & 4. lib. 2. de re rust. vel etiam apud Lambinum in hunc locum Plauti.

